Quinto pro causis naturalibus secundum quod illę iuxta suas insitas, ac nativas propensiones operantur; ita verificantur aliqua proloquia, quę

32 vulgo circunferuntur 1° Deus, et natura nihil frustra oino fiunt, aut efficiunt. 2m, natura semper efficit quod optimum est. 3m, natura detestatur vacuum, et alia huius modi. Sexto pro generatione, seu substantiæ viventis nativitate, deducto noie natura à verbo nascor quod proprie nativitatem significat. Septimo accipitur pro quocumque principio motus intrinseci, id est productionis cuiuscumque, abstrahendo ab eo, quod motus seu productio sit physica, id est corporea, vel spiritualis; aut existens, vel possibilis. Octavo tandem noen naturæ accipitur à Philosophis stricte nimis pro principio interno motus corporei, in qua acceptione excluduntur res omnes pure spirituales, et simplices, quales sunt Angeli, in hac usurpatione non sunt naturæ.

Sex hac voce natura vox ista nale deducitur, quæ multipliciter etiam accipitur, 1° prout distinguitur à supernali, et eo sensu supernale est, quod est praeter, seu indebitum cuicumque naturæ; nale erit, quod aliquo pacto naturæ creatæ debetur, ut calor dicitur nalis, quia debetur naturæ ignis. Secundo pro re illa, quæ positive petitur ab alia; ut frigiditas dicitur nalis aquæ, quia positive petitur ab aqua.

Tertio accipitur prout opponitur violento, libero, et contingenti; sicut enim calor est violentus aquæ, quia in illam inducitur, ipsa aqua reluctante; ita calor est nalis igni: similiter ortus solis dicitur nalis, et crematio ignis nalis, quia natura sol oritur, et ignis natura cremat. Quarto pro ut opponitur artificiali operi, id est quod fit absque arte, et industria hominis; ut eloquentia dicitur nalis alicui, eo quod absque arte, et nimio studio linguam facundam ostentat.

Aris in 8 acceptione vocis natura sic illam definivit; e prius, et causa motus, et quietis eius in quo e primo, et p se, et n p accidens utili p partes explanda venit prædicta defio: 1o dicitr prius ea usurpatione, qua d. sup. superiori de prius egimus, et satius patet plerumqm q causa: 2o additr causa, ut excludatr a raone naturæ privatio, quæ licet sit prius corporis nalis; ipsa tamen n e causa illius; ac proinde manet exclusa a raone naturæ. 93

Nomine motus intelligitr n solum motus localis; d quælibet acquisitio novæ fræ, p quam subiectum intra in se mutetr, q cum aqua calida producit, et recipit in se frigiditatem, movetr, seu mutatr p frigiditatem in se receptam. Præterea p quietem n intelligitr carentia motus, ut male autumant aliqui AA. mj d potius intelligitr conservatio, et perseverantia in fra semet ipsam producta in 1o instanti, in quo talis fra recipitr, et in tempore sequenti conservatr. Ast illa parla et sumi debet copulative, aut disiunctive; ita ut natura sit prius motus, et quietis simul; aut prius motus, vel quietis.

Per partas eius in quo e signatr compositum substale, in quo debet ee natura, quæ e prius intrinsecum, et causa motus intrinseci; hic autem motus, et etiam quies, dicuntr eius, id e compositi, q compositum denoatr se movens, et quiescens intrinsece p motum, et quietem, cuius causæ sunt partes compositi: unde excludimus a raone naturæ omnes causas extrinsecas, quæ n dicuntr nata in ordine ad motus, quos in subiectis aliis extrinsecis producunt; sic ignis dum calefacit manum n e natura, q licet sit prius motus, p quem manus

mutatur, non tamen est prius motus eius in quo est; nam si ponitur
igneus non mutatur intrinsece per motus callefactionis in ...
eno subiecto productam.

Denique additur per se, et non per accidens
quae particula est differentia ultima definitionis, quas excluduntur accidentia, quae licet sint in composito causa, motus, et quietis, non tamen
sunt per se, id est ex potentia composita substantiali, sed solum per accidens
ratione constitutionis totius accidentalis. Ceterum alii interpretantur voces illas per et per se significari, non sufficere, quod sit principium
per se motus, sed ulterius requiri, quod sit primum, et radicale principium
quo pacto nullum accidens ita se habet; nam licet accidentia
gravitas, et levitas sint principia per se motus sursum, et deorsum, non tamen sunt principia radicatria, sed tantum radicantur in
illis principiis, a quibus promanant. Huic interpretationi
standum erit, si libuerit, vel primae.

Caput 2m

corpus naturale non esse naturam, sed tantum illius partes affirmamus

Si recte huius definitio perpendatur, et acceptionem, quae dicatur, corpus naturale substantiale compositum ut compositum, non est absolute, et proprie natura: ita Philosophus 2o Physicorum cap. 1o, et Doctor Laurentius ... tis Rebus, et ratio est quia compositum non est in alio, sicut materia, et forma
ipso composito, quia illa verba eius in quo est, et propterea
quae alia indicavimus cap. 1o Disputationis ... habent
rationem naturae physicae, quod ... in ipsis est principium motus, et quietis, non est in alio tanquam pars constitutiva illius; natura

·a et suo ɔceptu, petit causare motum in re altera, in qua reperitur: q° ɔpositum quodcunque illud sit, nequit ēē natura.

Hinc ē disparitas inter ens nale, et naturam, nam ens nale ab Aristotele accipitur pro toto illo p se, in quo reperitur nāra: natura v° accipitur pro parte ɔstituente ipsum totum, quæ pars dicitur p̄rium motus: unde ɔpositum substale, et mā, fra, et unione ē ens nale; cætera v° ɔposita simplicia sentia nālia minime dicuntur.

Præterea assero tanquam indubitatum fram proprie, et ablute, ēē naturam, ita Cōis sententa, nam deffi° tra dita naturæ ad amussim ɔgruit fræ, quæ dicitur p̄rium activum; cum fra ignis sit p̄rium producens, et ɔservans operationes proprias ɔpositi ignei, et insuper talis fra ɔstituit ipsum p se, et n̄ p accidens. Cæterum n̄ requiritur, ut trinum dictum 2° sit p̄rium, ut natura sit; nam fra vlt anima rōnalis in statu separationis in actu 1° quantum ē ex se ē p̄rium motum, licet n̄ exerceat aliquas operationes actuales in ɔposito.

Contra assero, mām, ɔm, et si Perid'as= id renuat, ēē prie, et ablute nām; nam n̄ solum mā producit efficienter suas rationes, et proprietates, ut cois opinio fert, d præcipue, q̄ noe p̄rii n̄ solum intelligitur p̄rium activum, sed passivum etiam; atque adeo mā sufficienter ē natura p hoc, qd ponit tanquam causa materialis, et p̄rium passivum recipere fras substales, ēē subiectum aliarum frarum accidentalium.

Unde colliges Cub Rectrri De 6ᵃ Epicurum muro ꝗ; uniones tinq; et pꝗ

esse naturam saltem ut quo; quia primo ex ipsa est in composito substantiali, et ex illa, et extremis resultat unum per se; et deinde ipsa prius saltem passivum suarum proprietatum, recipit in in se subsistentiationes, et durationes: ergo saltem ut quo unio dicenda erit natura; non tamen ut quod; siquidem non constituit compositum ut principalis pars; sed solum ut modus partium.

Sed argues 1o; si ad rationem naturae sufficeret, quod esset prius passivum motus, sequeretur non posse compositum naturale violentiam aliquam pati, quia omnis motus esset naturalis materiae; in qua recipitur tamquam in subiecto; sic frigiditas respectu ignis, et calor respectu aquae forent naturales; hoc non est dicendum: ergo neque dicendum, quod sufficiat esse prius passivum.

Respondemus negando sequelam; nam motus non dicitur violentus, sed potius naturalis respectu materiae, si haec praecise attendatur; siquidem materia numquam recipit id, ad quod ex se non habet potentiam naturalem; ast respectu formae violentus dicitur; licet enim frigiditas sit naturalis respectu materiae ignis, quia haec est causa naturalis receptiva frigiditatis, est tamen violenta respectu formae ignis, cum haec reluctetur frigiditati; unde resultat, quod motus, qui violentus est formae, absolute etiam sit violentus respectu compositi; cum saltem ratione unius partis repugnet illi talis motus; licet ratione alterius partis, vel materiae sit naturalis.

Argues 2o; materia omnium caelorum est excludenda a ratione naturae; siquidem materia caeli Empyrei non est principium motus; cum caelum Empyreum perpetuo quiescat: deinde materia reliquorum caelorum non est principium quietis; cum omnes praeter Empyreum assidue moveantur; sed natura debet esse prius motus, et quietis: ergo.

Respondemus 1o, particulam et in definitione vel in illis verbis motus, et quietis

accipienda sit esse non solum copulative, sed etiam aliquando disiunctive; ita ut sit sensus; principium motus vel quietis, aut utriusque simul: igitur disiunctive conveniet motus, et quies multis eorum; ideoque erit natura. Per nomen motus, et quietis non praecise intelligitur motus, et quies localis; sed etiam productio aut receptio, seu conservatio cuiuslibet formae: cum autem multa corpora vere producant suas passiones, et in se conservent formas corporum, sit quod subiectum esse aliorum accidentium, vere habet rationem naturae.

Hic solet rogari quid sit ars, prout opponitur naturae? sic. Primo quod ars definitur, est habitus dirigens ad opera externa facienda; est habitus generatus ex repetitis cognitionibus practicis, quae ad opus externum dirigunt efficiendum: vide quae diximus de cognitione practica pro generali tractatu logicae.

Hinc est discrimen triplex, quod datur inter naturam, et artem: primum est, quod natura operatur immanenter, sive in eo in quo est; ars autem transeunter operatur, seu in alio subiecto extraneo. Secundo quia ars est accidens, natura vero est substantia. Tertium natura est causa vere, et proprie; ars tamen non nisi improprie, et tantum est directiva causa.

Inde compositum naturale est unum per se; artificiale est unum per accidens: item naturale, ut tale solum dicit entitates substantiales compositi; artificiale vero includit praeter entitates substantiales, formam aliquam artificialem ex directione artis introductam in compositum naturale: sic compositum naturali auri superadditur forma accidentalis, verbi gratia anguli, figura. Haec sufficiant, licet multi alia momenti plura alia hic congerantur, longa, et satis curiosa investigatione a Physicis; nobis autem immorandum amplius non est.

Disputatio 3a. Utrum compositum substantiale distinguatur realiter a suis partibus collective sumptis?

Caput 1m. Praemittuntur certa, ut ad incerta procedamus.

Quantum ad praesens institutum attinet, idem sonat corpus naturale substantiale completum, ac compositum ex materia, forma, et unione constans; quia proinde antequam ad examen difficultatis propositae gradum faciamus, aliqua praemittenda duximus. 1m praemittendum est, nomine partis non intelligere nos in praesenti id solum, quod est proprie pars compositi illud constituens, ut materia, et forma; id quod etiam ad compositi essentiales constitutiones spectat, atque adeo nomine partis etiam ad uniones extendimus, quae compositum constituunt saltem ut quo: unde si nomine partis solum intelligeremus quae proprie partes sunt, nullum esset dubium, quod compositum esset aliquid distinctum realiter a partibus collective acceptis; nam corpus naturale etiam dicit uniones substantiales praeter partes; ratione cuius includendae ab inclusio; siquidem ratione unionis totum distinguitur a materia, et forma simul.

Praemittendum est 2o, partes compositi nobis bifariam accipi posse, nempe vel divisive, vel collective: tunc sumuntur divisive, quando de singulis distributive in propositione cathegorica enuntiari potest, quod de omnibus unaliter praedicatur, ut omnes partes

compositi equini sunt corporeae, partes equi sumuntur divisive, seu distributive, quia tale est praedicatum, quod de omnibus enunciatur per illas propositiones cathegoricas universales, ut de singulis seorsim possit etiam elici idem praedicatum per propositiones singulares, in quas analysis illa propositio resolvatur; ergo materia equi est corporea, et forma equi est corporea, et unio equi est corporea.

Tunc vero sumuntur partes collective, quando ita de omnibus enunciatur praedicatum aliquod, ut de nulla parte seorsim, et distributive in propositione cathegorica possit idem praedicatum verificari; tunc omnes copulative debent accipi: ut partes compositi sunt tres; in qua propositione partes sumuntur collective, quia numerus ternarius nequit de singulis partibus divisive cum veritate praedicari, sed solum de omnibus simul: unde nequit resolvi illa propositio in plures cathegoricas singulares, ergo materia est tres partes, forma est tres partes. Sed illa dictantum resolvi debet in unam cathegoricam de subiecto composito; ergo materia, forma, et unio sunt tres partes: unde etiam hic praedicata esse collectionem, esse ternarium, adequari cum toto tantum verificantur de partibus collective acceptis.

Praemittendum est 3°, compositum distingui a partibus divisive sumptis distinctione includentis ab incluso; nam materia divisive non est totum compositum; neque forma est totum compositum; nec unio similiter. Praemittendum est 4°, si partes compositi ita significentur, ut afferantur in recto materia, et forma solae et in obliquo unio; attento praecise significato in recto, distinguuntur realiter a toto composito; nam totum compositum distinguitur realiter a sola materia, et forma in recto allatis, unde haec propositio ex modo significandi est falsa: materia et forma trahentes unionem sunt compositum; sicut et is tam

habens albedinem est habens, et albedo; et licet ex parte obiecti in illa propositione idem obiectum significetur, ac significatur per hanc vocem compositum; attamen, propter diversum modum significandi in recto, et in obliquo redditur propositio falsa; ideoque ad veritatem propositionis affirmativae, requiritur ut semper significetur identitas utriusque afferta in recto ex parte subiecti, et ex parte praedicati; sicque debent afferre materia, forma, et unio in composito.

Praemittendum est, triplex esse compositum physicum, aliud per accidens, seu aggregationis; et aliud substantiale per se; aliud accidentale per se. Compositum aggregationis, sive per accidens est cuius partes nullo unionis nexu copulantur; et tamen ad aliquod totum constituendum aggregantur, ut cumulus lapidum. Compositum accidentale per se est cuius partes, licet inter se uniantur, sunt tamen diversorum praedicamentorum, ut substantia, et accidens; aut si eiusdem praedicamenti sint, est tamen utraque pars quid completum, licet uniantur inter se; sic actus internus, et externus constituunt unum accidentale per se; quia sunt completi, licet sint eiusdem praedicamenti, et uniantur inter se. De hoc autem duplici composito, non sit sermo; nam certum est, neutrum distingui a suis partibus collective acceptis.

Tandem compositum substantiale per se duplex est, aliud informationis, et aliud continuationis. Compositum continuationis est, cuius partes uniuntur ad constituendum aliquod continuum, sive id sit continuum extensionis, ut quantitas, sive intensionis, ut calor. Compositum per se informationis, de quo in praesenti loquimur satis de praecedenti capite patet: at non loquimur de composito per se metaphysico; nam realiter loquendo certum est, compositum metaphysicum a partibus non distingui collective, nec divisive a suis partibus.

Quamobrem quaestio tota devoluta est ad compositum

fre phicus substale in fractionis; utrum eius partes collective acceptae, et pro modum unius, quae per se in recto distinguantur realiter (vel distinctione rei a re, vel distinctione includentis ab incluso) a toto composito, nec non partes affirmative tuentur praeter alios Capreolus, Fonseca, Mairon, Scotus, Caietanus, et PP. Complutenses physicorum disputatione 2a quaestione 1a; quorum sententia mens ea fuit, ut nimirum compositum substantiale praeter omnes partes collective sumptas addat entitates alteras, seu perfectiones, quas vocant integritates, seu totalitates, quae cum sint essentiae compositi causandae, sequitur totum compositum distingui a partibus collective acceptis distinctione includentis ab incluso; cum praeter omnes partes collective sumptas includat entitates totalitatis, seu integritatis.

Opposito suffragio negativas partes tenent alii PP. asserentes, inter compositum substantiale, et omnes eius partes collective acceptas nullum versari genus distinctionis realis, sive rei a re, sive includentis ab incluso. ita P. Suares, et apud ipsum multi ex vetustioribus, item P. Ovied. 1a physicorum puncto 1o; P. Arr. Hur. de Ente physico seu 2o; et plures alii; quibus etiam sententiae favent sanctus Augustinus, S. Thomas, S. Athanasius in symbolo illis verbis, anima rationalis, et caro unus est homo.

Caput 2m

Compositum nulla distinctione a suis partibus collective sumptis distingui probatur.

Cum PP. huius 2ae sententiae in negativa faveo solo des-

42. fecto, sed ex eo q compositum solo est idem realiter cum omnibus suis partibus collectiue acceptis: probatur 1° impugnatione secundae sententiae: nihil potest addere compositum, ratione cuius a partibus collectiue sumptis distinguatur: q inter compositum, et eius partes collectiue acceptas, nulla versatur realis distinctio: ant. probatur; illa entitas, quae dicitur totalitas, et adaliter a partes collectiue acceptas realiter distincta, vel est solum pars compositi, vel est totum compositum; neutrum potest dici: q: minor probatur in primis non est pars, nam rogo, vel unitur cum alijs partibus, vel non; si non unitur, non poterit constituere unum per se, sed unum per accidens, cum unum per se natura petat physicam, et substantialem unionem suarum partium: si uero unitur cum reliquis partibus, vel erit tamquam subiectum, vel tanquam forma: si tamquam subiectum, sequitur erit quod proinde daretur duplex materia in composito, altera, quae est totalitas, et altera, quae reperitur in partibus collectiue sumptis: si tamquam forma unitur, daretur similiter duplex forma: q illa totalitas nequit dici pars compositi.

Vlterius illa totalitas non est totum compositum, quia non potest pertinere ad speciem compositi per se constituendam; cum ens completum nequeat ordinari ad constitutionem alterius entis completi per se, quale est compositum: q.

Rursus rogo, si illa totalitas est totum compositum, vel distinguitur a partibus simul sumptis tamquam res a re; vel tamquam includentis ab incluso; sed neutrum potest dici: q superfluit illa totalitas: minor probatur, 1° non distinguitur tamquam res a re, quia essent duo composita totalitas, et partes collectiue sumptae; siquidem distinctio rei a re petit duo extrema, quorum neutrum componatur ex alio: q.

Secundo non distinguitur tamquam includentis ab incluso; nam rogo; vel tota-

litas includit partes collective acceptas, vel partes collective acceptae, quae includunt totalitatem: si partes includunt totalitatem, quia ista totalitas esset pars illarum partium, et e contra non totalitas: non etiam ista totalitas includit partes; nam totalitas nihil aliud dicit, quam tres partes collective sumptas.

Nec potest responderi, ipsam totalitatem esse entitatem realiter distinctam, quae superadditur ad partes simul sumptas; quoniam si ipsa totalitas sit talis entitas, quae superaddatur, aliud sane erit totum praeter ipsam; quod componitur ex ipsa totalitate, et partibus simul sumptis; atque adeo totalitas erit pars compositi; unde compositum erit quinta entitas distincta realiter a suis partibus quatuor; et procedendo erunt infinitae entitates in composito, nam idem argumentum potest fieri de quinta entitate coniuncta cum reliquis; et sic abeundum erit in infinitum.

Probatur 2° nostra sententia; totum compositum, ut tale est, nihil aliud includit praeter materiam, formam, et unionem: quod non distinguitur realiter a materia, forma et unione simul sumptis: ergo. patet quia materia, forma, et unio non distinguuntur realiter a materia, forma et unione; quia si compositum nihil aliud est quam materia, forma, et unio simul sumptae, compositum non distinguitur realiter a partibus simul sumptis. Confirmatur 1°. impossibile est, unum distingui realiter ab alio, nisi habeat aliquam entitatem, quam aliud non habet: quod si compositum nullam aliam entitatem habeat praeter materiam, formam, et unionem, impossibile est, quod ab illis simul sumptis distinguatur realiter.

Confirmatur 2°. quia illa sunt idem realiter, quae de se ipsis invicem cum veritate praedicantur: sed compositum, et partes simul sumptae praedicantur ad invicem de se ipsis cum

44

veritate: ergo: minor probatur, quia ista propositio est vera, homo est anima, forma, et unio, si sit vera est haec, anima, forma, et unio est homo: ergo partes simul sumptae non differunt realiter cum composito, et compositio cum partibus.

Confirmatur 3.º quia ut ipsi adversarii docent, totum aggregationis, cujus partes non uniuntur inter se, et possunt esse entia completa, non distinguitur realiter a partibus simul sumptis; similiter docent de toto accidentali, cujus partes sicet uniantur inter se, et sunt entia completa: ergo totum substantiale, quale est compositum, et ejus partes tantum sunt entia incompleta, et uniuntur inter se, non distinguitur realiter a suis partibus collective acceptis.

Superest modo breviter ostendendum, an compositum substantiale saltem ratione a partibus collective sumptis distinguatur, et qualis sit ea rationis distinctio? supposita notitia ex nostris Logicis de distinctione rationis, et ejus divisione in distinctionem rationis ratiocinatae, et rationis ratiocinantis, Pontius, et plures ejus asseclas secuti defendimus, neque ratione ratiocinata distingui compositum a suis partibus simul sumptis, sed solum ratione ratiocinantis: et probatur quia eatenus ratione ratiocinata distinguerentur inter se compositum, et collectio partium, quatenus propter fecunditatem objecti afferrent diversa connotata; sed eadem connotata afferuntur, siquidem nulla in objecto fecunditas reperitur: ergo. Probatur minor, quia nequeunt per intellectum distingui duae formalitates, quarum una sit compositum, et alia sint partes collective sumptae, idest non intelligitur, quando dicitur homo, ac quando dicitur anima, anima rationalis, et unio simul sumptae: unde solum se habent sicut definitio, et definitum, quae solum distinguuntur ratione ratiocinante; nec homo est definitum, et ejus definitio physica est, anima,

anima, et unio simul sumptæ: ergo eadem ipsissima connota-
ta afferunt compositum, et eius partes simul sumptæ.

Confirmatur 1° quia quando distinguuntur duæ habitudines, aliquid potest prædicari essentialiter conceptu explicito de una, quod de altera non prædicetur essentialiter conceptu explicito; sed nihil potest prædicari essentialiter explicite de composito, quod essentialiter non prædicetur etiam explicite de partibus simul sumptis: ergo. Confirmatur 2°, nam argumenta quæ a nobis facta contra distinctionem realem partium a composito, possunt hic instaurari; siquidem distinctione rationis adæquata nequit concipi compositum, et eius partes simul sumptæ: neque distinctione rationis inadæquata; quia præter partes collective, compositum adderet aliquid aliud; atque hoc aliud in intelligibile in composito: ergo.

Sed respondent aliqui nobiliores, partes collective acceptas afferre pro connotato distinctionem unius partis ab alia; at vero quando cognoscitur compositum ut tale, non cognosci distinctionem unius partis ab alia; atque adeo esse diversa connotata. Sed contra est, quia impossibile est intelligere compositum ut tale, nisi intelligatur esse totum constans partibus; et totum constans partibus connotat etiam distinctionem partium inter se: ergo eadem sunt connotata compositi, et partium simul acceptarum. Quapropter in ordine ad actum obscurum, vel clarum ratione ratiocinante potest concipi compositum, et eius partes simul sumptæ eadem claritate, vel obscuritate, quod non est diversas habitudines distinguere, id unam, et eandem repræsentare, cognoscere adæquate iam per actum obscurum, iam per actum clarum.

Caput 3m

Seriora argumenta sententiæ oppositæ dissolvit.

Primum argumentum oppositæ sententiæ sit desumptum ex divo Thoma, qui libro 5° Metaphysicæ c. 14 ait, sex non esse bis tria, neque ter duo, sed semel sex: et 7° Metaphysicæ ex quo tex. 60 ait syllabam Ba non esse idem, quod B et A, sed aliquid aliud a B et A: et libro 8 textu 6° ait, totum non est coacervatio partium, sed aliquid praeter partes. Deinde S. Thomas in 3° dist. 2ª quæst. 1ª articulo 3° ait, totum proprie loquendo non esse suas partes; sed aliquid ex partibus constitutum, ergo totum compositum realiter distinguitur a suis partibus collective.

Respondetur ad 1m et 2m Aristotelis testimonium, ibi Philosophum solum velle, quod totum non sit partes divisive sumptæ; sed collective acceptæ; alioquin si aliud vellet Philosophus, etiam contra adversarios pugnaret, qui docent, totum aggregationis non distinguere realiter a partibus simul sumptis, numerus autem senarius, aut syllaba Ba sunt composita aggregationis: ergo debent esse idem cum suis partibus simul sumptis; et consequenter, si aliud vellet Philosophus, etiam adversarii illum inimicum haberent.

Ad 3m testimonium dic, quod intendit Philosophus esse, totum quod nos substantiale, dicunt, non esse coacervationem, seu totum aggregationis, sed esse compositum substantiale per se afferens partes unitas vera unione substantiali. Sanctus Thomas item loquitur de partibus divisive sumptis, ex quo compositum constituitur, quod quidem compositum constitutum ex illis tamen distinguitur realiter a partibus simul sumptis.

Quin argutum sit: compositum physicum esse unum per se, ut statuimus; quia partes simul acceptae non sunt unum, quia plura per se: quo distinguuntur realiter a toto composito. Confirmatur 1o: quia si compositum per se non distingueretur realiter a partibus collective sumptis, nullo pacto differret a toto aggregationis; at hoc est falsum: ergo. Probatur sequela; nullum aliud discrimen datur, nisi quod unum distinguatur a partibus simul sumptis, et aliud non distinguatur; at totum per accidens non distinguitur a partibus simul sumptis: ergo totum per se ab illis debet distingui, ne in idem recidat utrumque compositum.

Confirmatur 2o; nam deinde sequeretur, quod non posset dici, quod homo generetur ab alio homine; quia hoc non est dicendum. Ergo; probatur maior, quia partes hominis non producuntur per generationem, etiam si simul accipiantur, cum anima rationalis producatur per creationem: ergo aliquid aliud datur distinctum a composito, quod per generationem producatur.

Quod si respondeas, produci per generationem unionem, ratione cuius dicitur, et propterea compositum generari: contra tamen est 1o, instant adversarii, quia generatio requirit terminari ad modum accidentalem, qualis est unio, ratione cuius fit: contra 2o, quia generatio debet terminari ad totum omnino simile homini generanti; at unio licet esset substantialis, non esset similis generanti: ergo generatio hominis terminatur ad aliquid aliud praeter unionem: ergo distinguitur compositum realiter ab illo, quod per generationem producatur.

Respondetur ad argumentum; partes collective sumptas non esse nisi unum per se; quia per modum unius concurrunt ad constituendum compositum; quod de composito similiter dicendum est; nam vere est unum per se, licet cum ordine ad plures partes, ex quibus constituitur: quod etiam in nostro ... ratione nostra accidit; nam licet quando partes collective

48 siderantr, asserat[ur] illarum discretio clarius, et distinctius, attamen substitr comodiusunius afferuntr. Ad 2am objraonem satis dictum est Cetera; in quo consistat discrimen totius aggregationis, seu per accidens, et toto per se.

Ad 2am objraonem negatr maior; nam corpus humanum dicitr generari generatione substali; siquidem unio, qua inter se uniuntur ossa, et caro, vere, et proprie generatur, et raone unionis dicitr totum generari; nam ut solum diceretur generari, debebat nihil includere essaliter, quod p generationem produceretur; nam, ut posset dici, habere esse indeperdens a subiecto, debebat ex nullo capite pendere a subiecto; at si ex aliquo capite pendet, absolute dicitr pendere, et conseqr generari.

Ad 3m instantiam falsum est, unionem corporis substalis esse modum accidentalem substalis non est, ut tractatus videbis. Ad 2m negandum est, quod terminus immediatus quo generationis debeat esse similis generanti; bene tamen terminus quod, qui est compositum, et debet esse simile genitori in natura: unde actio generativa, seu generatio terminatur immediate ad unionem, licet unio sit dissimilis generanti.

Tertio argutum sit: ea distinguuntur realiter, quae conveniunt praedicata contradictoria diversa; sed de composito, et partibus verificantur contradictoria diversa: ergo compositum distinguitur realiter a partibus: probatur minor; quia de composito verificatur, quod sit unum, sit completum, sit generabile, et corruptibile; non item de partibus; sed potius praedicata opposita illis conveniunt, ut quod sint plures, incompletae, ingenerabiles; ergo. Confirmatur; partes compositi sunt tres entitates realiter distinctae; et compositum non est tres, sed una entitas: ergo conveniunt composito et partibus praedicata opposita. Confirmatur 2o; res constituens, et constituta debent aliquo modo distingui; nihil

non dicitur constituere se ipsum; id partes simul sumptae constituunt compositum: quae distinguuntur a composito.

Resp. concesso maiori, negando minorem; eadem non prorsus, quae dicuntur de composito cum veritate dicuntur de collectione earum partium; de composito non dicitur, quod sit unum, sit completum, generabile saltem ratione unionis a qua tota collectio denominatur generabilis. Quod si dicas, quod praedicatum, quod convenit collectioni, non convenit uni parti seorsim: contra est, nam licet propositio copulativa aliquando sit vera propter suppositionem copulatam; at quod quod convenit collectioni in suppositione distributiva, potest distributive convenire parti seorsim; sic hominibus simul sumptis convenit esse in foro; et id ipsum homini cuicumque seorsim convenit.

Ad 3m confirmationem resp., compositum esse tres partes realiter distinctas collective sumptas, seu unam entitatem compositam ex tribus. Ad 2m nego maiorem; quia animal rationale constituit hominem, et tamen nec ratione ratiocinata distinguitur a homine; id ad summum ratione ratiocinante per diversa nomina distinguentes constituentes et constitutas; cum quo stat quod communiter dici solet, hominem non esse constitutivum hominis; bene tamen animal rationale esse hominis constitutivum. collectione

Quartum et quintum argumentum praecipua partis adversae ex eo desumuntur, quod partes simul sumptae debent esse causa intrinseca adaequata compositi, siquidem adaequate compositum causatur intrinsece; id causa distinguitur realiter ab effectu. ergo. Nec similiter probatur quintum argumentum; aliquid debet assignari, quod sit totum adaequatum collectionis includentis ab incluso; id solum partes collective

sumptę possunt ēē tres adęquatus eius modi discretionis.
3°: horum argumentorum solutiones sequentia capita exponent.

caput 4um

de repugnare ob eo causas intrincas adęquatas compositi a cōiti defensamus

Magna quidem est discordia inter DD.s hęc de re; sed antequam illam meus inditius apperiam, notandum ē 1°, causas adęquatas, seu totales illas dici, quę seorsa sufficiens ē pro ducere effectum; sicque causa adęquata definitur, ē quę ita causat, ut pręter illam nihil aliud causet: causas vero inadęquatas, seu partiales dici, quę indiget alia causa, ut effectum ponat, id est ita causat, ut pręter illam aliud causet. v.g. in causis efficientibus, ignis simul cum Deo ē causa efficiens adęquata alterius ignis; at solus ignis ē causa efficiens inadęquata, quia eget concursu Dei ad producendum alterum ignem.

Notandum ē 2°, nos hic loqui de causa intrinca compositi (non tamen ē de extrinca) an scilicet detur causa aliqua intrinca adęquata compositi in genere causę intrincę quęcumque illa sit abstrahendo ab eo, quod sit causa materialis, vel formalis; nam certum est dari causam causam causam causam intrincas adęquatas compositi, in genere vero causę formalis, vel causę materialis; sola materia ē causa adęquata formalis intrinca compositi et sola forma in genere causę materialis ē causa adęquata materialis intrinca compositi: hinc ē, quod causa intrinca in cōi sit illa, quę per suę exhibitionem constituit aliquid, et in re constituta permanet.

Notandum ē 3°;

noe causæ intrinsecæ in præsenti n̄ solum assignari id, qd̄ ponit compositum ut qd̄, v̄lt mat, et forma; sed etiam id, qd̄ constituit compositum ut quo; Unde, unio importat cum præsentiarum nōe causæ intrinsecæ compositi intelligenda est.

Notandum est 4, si nōen causa intrinseca, ita usurpetur, ut significet id, quod atq. hoc nōen constitutivum essentiale metaphysicum, et conseq. n̄ importet distinctionem realem sui ab effectu, dicendum est, dari causas adæquatas intrinsecas compositi idtatas cum illo; easq. ēē partes collectivè acceptas, qd̄ manifestum est; nam illud ē constitutivum adæquatum compositi, qd̄ constituit compositum et præter illud nulla alia res constituit compositum, sed mat, forma, et unio simul sumptæ constituunt compositum, cum sint illius essentia, et nihil aliud præter illas sit ēsa compositi: ergo. Unde nōen causa accipimus ut à Philosophis usurpatur, in propria, et rigorosa acceptione, quatenus causat realiter effectum.

His positis, prima se offert sentia statuens, nario deesdari causas intrincas adæquatas compositi realiter distinctas. 2a, admittenda ēē causas intrincas adæquas idtatas cum composito. 3a cum n̄ pauci Auctores semper ab hac ita q. 1a, et 2a sententia; habet prore P. Suarez, Arriaga, Oviedo, Franc. et al., quorum vestigiis insistens probo, causas adæquas intrincas compositi impossibile ēē, cuius sententiæ fundamenta, ni fallor, insolubilia, quæ, ut magis sese ingerant oculis, placuit depromere.

Probatur nostra sentia, v̄lt neq. partes divisivè, neq. partes collectivè s̄t causa adæquata compositi, ergo impossibile ē causa intrinseca adæquata. Antecedens probatur; inprimis q. illa divisivè n̄ ē causa adæquata compositi, q. causa adæquata ē illa quæ ita causat, ut præter illas nulla alia causa detur; sed præter m̄ causantem compositum datur etiam

14.

totum in causando intrinsece plures partes divisive sumptas, adae-
quate vero partes collective acceptas, quae tamen duae entitates reali-
ter diversae, ut in notandis volui.

Caput 3m

3m sententias circa causas adaequatas totorum respicimus

Prima sententia asserebat, dari causas intrinsecas adaequatas compositi
creabiles ab ipso distinctas, et taliter sententiam sequuntur, id totale
quae vere partes collective acceptae non esse causam intrinsecam adae-
quatam compositi, neque partes divisive; sed partes divisive simul
sunt et communiter collectim seu collective divisive esse causas
intrinsecas adaequatas compositi: quod explicant exemplo materiae quae
respicit tanquam totum adaequatum omnes formas collective, taliter
tamen quod non possit illas omnes simul recipere, sed unam quamque se-
orsim, et divisive; hoc autem sic intelligi aiunt, quia si quod totum adae-
quatum potentiae receptivae sint omnes formae simul divisive, quia omnes po-
test recipere non in 1a eo modo quo potest, id est seorsim, et successive.

Sed quam
falsitas, qui hunc opinandi modum libenter admittunt, ipsa con-
tradictio primo auditu aperte principium nostri visi; simul
divisive in esse cohaerent inter se in eadem entitate; repugnat
-tionario, quod eadem entitas, videlicet omnes partes collective cau-
sent compositum, et sub eadem ratione causent divisive, sicut toto
repugnat, quod in eadem materia recipiantur omnes formae simul, et sub ea-
dem ratione easdem divisive recipiant. Unde notandae sunt
duae propositiones, ut exemplo a allato satisfiat: prima est, materia
simul habet potentias ad omnes formas recipiendas; ita ut par-
ta simul se teneat ex parte potentiae: secunda est, non habet
potentias ad recipiendas omnes formas simul. Itaque potentia

simul cadat a receptiones: prima propositio est vera, quia in materia potest potentia ad recipiendum simul formas equi, et formas leonis; caeterum secunda propositio falsa est, quia licet materia habeat successive omnes formas, non tamen verificatur, quod habeat actu habitudines formas simul: itaque terminus adaequatus materiae sunt rationes formae simul, si se simul se teneat ex parte potentiae materiae; non vero ex parte receptionum; nam formae simul sumptae non sunt terminus adaequatus materiae, sed tantum divisive sumptae: ideoque haec propositio est falsa, omnes formae simul, divisive sunt terminus adaequatus materiae: quam doctrinam applicabis ad nostrum intentum.

Perspecta doctrina, ... eas probatus

Viam secunda, licet non utantur expresse illis terminis simul divisive: docent non dari causam adaequatam partium, ita ut non causa cadat a partem divisive, et non causam adaequatam a partes collective. Quam falso procedant, ex 1° argumento solutionis probatione, satis liquet, et s[ecund]o obstendo, 1°: ut admittatur causa intrinseca adaequata compositi, propositio debet esse vera, causa intrinseca adaequata, quae repugnat esse vera, quia repugnat causa adaequata ... partes divisive sunt causa intrinseca; partes collective adaequata: est falsum dicere dicere, partes divisive sunt partes collective; si quidem sunt duae entitates realiter inter se distinctae, et altera entitas sit totum, altera sit quaelibet pars seorsim; ideoque sunt falsae istae propositiones, compositum est materia, materia est compositum, quia realiter distinguitur distinctione includentis ab incluso materia a composito: quo repugnat illam propositionem causa intrinseca est adaequata esse veram.

Secundo sic obstendo;

nam partibus collective nequit convenire adiectivum sine aliquo substantivo tacito, vel expresso; quia non potest dici, quod partes collective sint adaequatae nisi etiam causa intrinseca: ... constat, quia solum adiectivum non generat perfectum sensum, oratio autem cum sit oratio perfecta, et propositio generare debet perfectum sensum: unde si dicant, partes collective esse adaequatas nisi admit-

56

ciant nomen substitus, nihil dicunt; si vero adiiciant illud Vlt causal: ergo ratio admittunt partes collective esse causas adequatas: ergo partes sunt causa adequata collective divisive.

caput 6m:

instantiae adversariorum diluuntur.

Instant adversarii primo: illa est causa adequata compositi, quae ita causat compositum, ut praeter illas nihil aliud causet; sed partibus collective divisiveque acceptis convenit ita causare compositum, ut praeter illas nihil aliud causet: ergo partes simul divisive sunt causa intrinseca adequata compositi. Minor probatur, quia in assignandis causis intrinsecis non procedimus in infinitum; dicimus tribus partibus compositi, nihil est quod componat compositum, cum non sit alia pars praeter illas tres; illis tribus simul divisive convenit ita causare compositum, ut praeter illas nihil aliud causet compositum.

Contra: solus plures causae intrinsecae compositi: ergo praeter has tres non datur alia causa: ergo datur causa adequata compositi. Haec consequentia patet, nam causa adequata est illa, quae causat, et praeter quam non datur alia, quae causet; sed tres illae partes causant, et praeter illas non datur alia causans: ergo.

Respondeo distinguendo maiorem: causa intrinseca adequata est illa, quae sola causat, ut praeter illas nihil causet, si eidem entitati, cui convenit causare intrinsece, conveniat eum composito adaequari, concedo maiorem; si tantum conveniat eidem entitati causare, nego maiorem: etiam si sit minor distinguenda est, ratione unius entitatis convenit praecise illis causare compositum, concedo minorem: ratione duplicis entitatis convenit causare compositum, nego minorem: itaque ad unam entitatem vel partibus divisive spectat causare praecise et

alteri entitati scilicet partibus collectiué n͂ conveniat causare; d' solus adequari cum composito; unde e͂, q͂ uni, et eidem entitati, n͂ convenit e͂e causam adequatam compositi.

Ad probationem minoris, verum e͂, qd n͂ dr processus in infinitum in assignandis causis intrinsecis; si etenim tres causæ inadequatæ intrinsecæ tanquam modo, quæ causant divisivé compositum; cæterum hoc n͂ sufficit, ut sint causa adequata; nam tres istæ partes, aut tres causæ intrinsecæ collectivé sumptæ causa; siquidem causa dicit distinctionem realem ab effectu, et tres causæ simul sumptæ nullam a composito distinctionem inferunt, unde ultima conditio distinguenda e͂: q illis tribus partibus simul divisivé convenit causare compositum, et adequari cum illo secundum unam entitatem; nego consequentiam: secundum diversas entitates; concedo consequentiam.

Ad instantiam concedit trans divisivé loquendo: et negatur prima conditio; nam verum e͂, qd divisivé præter quamlibet ex tribus illis causis partialibus detur alia causa partialis; et verum etiam e͂, qd præter illas collectivé detur alia divisivé causans: cæterum neganda e͂ suppositum, qd partes collectivé sint causæ adequatæ, vel causa adequata compositi. 2a conditio etiam negatur: ad ejus probationem distinguitur maior, ut supra: et minor distinguenda erit quoad secundam partem; d' tres illæ partes causant, divisivé concedo minorem; collectivé nego minorem: unde animadverto 1o; sicut pars dicit relationem ad alias partes ita partes dicunt relationem ad alias partes, et contra non minus implicat e͂e partem, et e͂e adequatam; quam e͂e partes, et e͂e adequatas. 2o, præter partes sive collectivé, sive divisivé sumptas, semper e͂ verum, qd dentur aliæ partes divisivé, quæ causent inadequatè compositum.

Instant

2o; hæc propositio exclusiva e͂ vera, tantum materia, forma, et unio

est causa propositionis: quae quidem exponitur per duas propositiones, quarum prima loquitur de partibus divisive, seu distributive, et secunda de partibus collective; et illa propositio exclusiva denotat causam adaequatam propositionis: quod causa adaequata sunt partes divisive, collective: maior probatur, quia illa propositio sic exponitur, materia est causa et forma est causa, et unio est causa propositionis; et nihil distinctum a materia, forma et unione collective est causa propositionis ubi diversimode supponitur subiectum in prima parte propositionis, ac in secunda; ut contingit etiam in hac propositione vera, tantum omnis homo est animal rationale, quae sic exponitur, hic homo, et ille homo et iste est animal rationale, et ab omnibus hominibus collective acceptis nihil vel aliud est animal rationale: alioquin si in secunda parte propositionis subiectum supponeretur distributive, redderetur falsa, propositio, quia esset ei sensus, nihil distinctum a hoc homine est animal rationale, quod falsum est, quia etiam ille homo, et iste est animal rationale, et aliquid distinctum ab illo est animal rationale.

Respondetur, eam propositiones exclusivas recte ex regulas logicae exponi, ita ut prima pars exponentis loquatur de partibus divisive tantum, et secunda de partibus collective; caeterum dico, exclusivas illas esse falsas, in primis si loquatur de materia, forma et unione divisive, quia falsum est, quod materia tantum sit causa, siquidem forma etiam est causa: secundo si loquatur de materia, forma, et unione collective, ita ut sit sensus, tantum collectio materiae, formae, et unionis est causa propositionis, etiam est falsa, quia praeter collectionem materia divisive est causa, et forma est causa, et praeterea collectio, seu illae partes collective sunt causa: quod illa propositio exclusiva non continet causam adaequatam.

Addendum dicendum est de duplici propositione illas exclusivas exponente utramque esse falsam; nam in propositione exclusiva, tantum materia, forma et unio sunt causa propositionis, si per causa significatur adaequata (ut sumi debet in praesenti) idem est causa adaequata propositionis, sic exponitur distributive, materia est causa adaequata, forma est causa adaequata, et unio est causa adaequata propositionis, et nihil distinctum a materia, forma, et unione collective est causa

59

adeqqua compositi: unde constat quam falsae sint illae propositiones exponentes, siquidem repugnat partibus collectivae esse causas adaequatas, et male supponitur, partes collectivae esse causas adaequatas compositi.

Ad propositio 2a exclusiva quae in exemplas allata, licet eodem modo exponatur, semper vera est (sicut et eius exponentes) videlicet tantum omnis homo est animal rationale, nam ut propositio in sensu distributivo vera sit, requiritur quod praedicatum unaliter allatum in propositione universali conveniat cuilibet ex inferioribus adaequate secundum totas suas essentias, et intentiones, licet non secundum totas suas latitudines et extensiones: sicque huic homini, et illi, et illi homini convenit adaequate esse animal rationale; quod praedicatum universale contrahitur ad quemlibet ex hominibus unaliter contentis in illo subiecto tantum omnis homo: quapropter haec propositio exponens, hic homo, et ille, et ille est animal rationale, et haec etiam nihil aliud ab omnibus hominibus collective, est animal rationale; vera est.

Praeterea aliquot propositiones opportuna distinctione semper explanandae erunt; videlicet, praecisiones partes collectivae nihil aliud causant compositum; haec propositio distinguenda est: praecisiones partes collectivae nihil aliud causant compositum adaequate; concedo: praecisiones partes collectivae, nihil aliud causant in adaequate; nego, et nego suppositum, quod omnes collectivae causent: sed in hac est vera in sensu diviso, non a cum unione ad formale est compositi vera loqua videlicet; rursus haec propositio omnes partes, partes includuntur essentialiter in toto: partes distinguuntur realiter a composito ex partibus resultat compositum; conveniunt semper partibus collective ideoque veniunt distinguenda divisive, non collective.

Caput 7

2a sententia expugnatur.

Aliqui conantur

Aliqui nuperi Magristi vis arguti predicti (?) admittendo omnes partes esse sympta(?) causas intrinsecas adequatas compariti, quamen realiter distinctas a composito; et cum illo rasgue idatas, quod indicant non esse inconveniens, quod quando dicitur causas reales, et adequatas debere realiter distingui a suo effectu, id intelligere debuisse de causa extrinseca, non vero intrinseca: et rao discriminis est; quia causa extrinseca ex suo conceptu importat distinctionem realem ab effectu; siquidem non concedat effectui illud ipsum esse quod ipsa habet, sed aliud diversum in essentia per veras, et reales actiones efficiendo: at causa intrinseca non alio modo causat effectum, quam illum constituendo et exhibendo illi ipsum esse, quod causa habet: unde essentia effectus eadem debet esse, ac essentia causae intrinsecae adequatae.

Sed procul esto a grauiori Philosophia huius sententiae falsitas: horret enim intus duritiem huius positionis eadem res potest seipsam causare realiter. 1º nam quocumque modo sit causa sive intrinseca, sive extrinseca ac debet esse realis: ergo debet dicere distinctionem realem ab effectu: probo cons. eo ipso, quod sit realis, debet dicere relationem realem ab effectu, cum implicat aliquid dicere relationem quod se ipsum: ergo causa realis ex suo conceptu debet dicere distinctionem realem ab effectu.

Secundo, quia causae intrinsecae adequatae, et ipse effectus conveniunt a parte rei parata contradictoria, quod est evidens signum distinctionis realis: ergo debent distingui inter se realiter: ans probatur, quia causa intrinseca a parte rei est vere causa et non effectus, effectus autem a parte rei est vere effectus, et non causa: ergo illis conveniunt parata contradictoria.

Tertio, quia causa intrinseca nullo

alia ratione causat effectus, nisi illi se exhibendo; at nihil se exhibet sibi ipsi: ergo nihil potest esse causa intrinseca sui ipsius: probo modo (?) non alio ex capite negant Philosophi causas efficientes, quae sit identificata cum suo effectu, nisi quia dat esse effectui; at etiam causa intrinseca dat esse effectui: ergo.

Sed obiicies 1°; nomen in alio sensu usurpatur in praesenti non ens causa, quam constitutivum intrinsecum compositi; et admittitur constitutivum adaequatum realiter identificatum, imo et formaliter ratione ratiocinata; ergo datur causa adaequata identificata cum suo composito realiter, et formaliter. Respondeo negando minorem; aliud enim est loqui de constitutivo quali compositi, ut cum notavimus; quas diversas partes concipe esse constitutivum essentiale, quod solum paenitus distinguitur ratione ratiocinanti, ut definitio, et definitum; homo, et animal rationale: et aliud est loqui de constitutivo, quatenus realiter componit compositum, et dat esse illi, quod est proprie causare; et tantum convenit causae reali intrinsecae, quae nostro discretione realiter importat ab effectu, ut supra manet expositum.

Obiicies 2°; quaelibet pars seorsim, est causa intrinseca identificata inadaequate cum suo composito: ergo omnes partes simul sumptae sunt causa intrinseca adaequate identificata cum suo composito. Confirmatur 1°: quia de ratione causae intrinsecae est identificari cum suo composito: ergo. Confirmatur 2°; quia sicut ex omnibus partibus resultat unum manus; ita etiam ex omnibus partibus simul resultabit una causa adaequata.

Respondeo concesso antecedente negatione consequentiae; nam omnes partes simul sunt formaliter ipsum compositum, et concipitur ratione causae, et ratione partis admittuntur. Ad primam confirmationem distinguo antecedens; de ratione causae intrinsecae est identificari adaequate cum suo composito, nego antecedens: inadaequate, concedo antecedens

causa ex intrinseca essaliter est pars, de cuius ratione est se exhibere proposito, et includi in illo; sicut ergo implicat inclusum adequatum sine includente; ita causa intrinseca adequata sine suo proposito. Et tamen differentia est, ex partibus distinctis, non ex partibus collective resultare manifestum ut effectus productus inadequate a quolibet parte seorsum. Ergo si sit dicendum de partibus propositi. Hinc est, quod debeamus respondere ad tertium argumentum secundo ad causas obiectas, cuius patet solutio ex his quatuor precedentibus capitibus.

Caput 8
nec admittitur terminus adequatus distinctionis in proposito.

Quapropter iudicandam nihil esse cum Scoto citato, materiam de facto dependere a forma solum extrinsece ratione decreti Dei ita decernentis ut authoris naturae, a quo omnia proveniunt dispositae, quae non fortuito in rerum natura, sed divina providentia accidere dicuntur; et consequenter materiam de facto non posse absolute existere absque forma, tenendum est.

Insuper propter appetitum naturalem, quem materia habet ad formas saltem vage, et sub disiunctione, et similiter propter inclinationes quae in ipsa materia delitescit ex ratione entis incompleti ad complementum suum radicaliter, non posse materiam connaturaliter existere absque aliqua forma substantiali, quae non potest existere modo sibi debito, et magis conformi ad suam naturam, quam sub aliqua forma; unde datur discrimen inter nos naturaliter, et connaturaliter, sic lapis

quoties centro potitur, dicitur connaturaliter existere; at si violentiam patiatur, itaut non feratur deorsum, sed sursum ascendat, dicitur naturaliter existere, licet non conformiter ad naturam lapidis. [117]

Sed arguitur 1°. materia est incompleta: ergo non potest esse naturaliter sine forma; alioquin completa esset, et non ordinaretur ad constituendum unum per se cum forma. Confirmatur 1°. forma corporea non potest esse naturaliter sine materia: ergo neque materia sine forma. Confirmatur 2°. in rebus physicis quod semper accidit, dicitur naturaliter esse naturium; sed semper accidit, quod materia sit cum forma substantiali: ergo id est naturaliter naturium. Confirmatur 3°. materia dependet naturaliter ab aliquibus accidentibus, itaut non possit existere naturaliter sine illis, ut sine actione creativa, sine quantitate: ergo similiter nequit existere sine forma substantiali.

Respondeo negando consequentiam, etiam forma substantialis naturalis est incompleta, et adhuc potest existere naturaliter sine materia: ergo similiter poterit materia incompleta existere absque forma. Ad confirmationem primam concedo antecedens, et negabis consequentiam, quia forma corporea non creatur, sed dependenter a subiecto producitur; quare absque materia, ut pote subiecto, nequit existere naturaliter: at materia creatur: ergo. Ad 2am concedo maiorem, et minorem distinguitur cum; ergo id est naturaliter ... naturium ex intrinseca indigentia ..., negatur consequentia; ex providentia extrinseca Dei, conceditur consequentia. Ad 3am concedo antecedens, quia materia habet essentialem dependentiam ab actione creativa, sine qua nec divinitus potest existere; at dependentiam illam ex indigentia ... ab aliqua forma substantiali materia non habet.

Arguitur 2°. materia sine forma esset otiosa, at natura expellit a se omne otiosum: ergo non potest materia naturaliter esse sine forma: probatur maior, quia ea materia nihil ageret, nihil reciperet, nihil constitueret: ergo. Confirmatur 1°. natura esse alicuius rei est posse operari; sed materia sine forma non operaretur: ergo non esset in rerum natura. Confirmatur 2°. materia sine forma esset deformis, et adeo turpis; natura autem abhorret omnes deformitates et foeditates: ergo. Confirmatur 3°. nullum agens naturale potest

118.- expellere f[orm]as à m[ateri]a, nisi alias introducat; q[uod] a[nte]s probatu[m] q[uod] a[xioma] p[hilos]oph[or]um: generatio unius ē destructio alterius; etia[m] q[uia] n[atu]ra n[on] intendit corruptiones, quæ maturæ n[atur]æ q[uae] e[st], destructio aute[m] p[er] accidens evenit; q[uia] f[orm]a præcedens n[on] potest stare simul cu[m] f[orm]a de novo producta. q[uo]d. Contra f[orm]a 4; q[uia] nu[n]q[ua]m existit m[ateri]a sine f[orm]a; q[uia] nequit natur[alite]r existere; si qui[dem] d[icere]s q[uo]d nu[n]q[ua]m natur[alite]r sit, impossibile reputatur.

Re[spondetur], negando ma[iorem]; na[m] m[ateri]a sine f[orm]a deserviret n[atur]æ, ut plura accid[enti]a reciperet, et neq[ue] prorsus otiosa esset, produceret suas pa[ssi]ones; deinde, quem ad modu[m] in domo artificis otiosus n[on] ē lignu[m], et quo potest statua fingi, quamvis f[orm]as artificiales n[on] du[m] recepit; ita neq[ue] m[ateri]a in n[atu]ra esset otiosa, in qua poset n[atur]a f[orm]as suas introducere. Ad 1[am] con[tra] f[ormat]iones 1°. re[spondetur], negando, q[uo]d u[n]iq[ue] ēē aliquius rei ēē propter operari, na[m] ēē m[ateri]æ n[on] ē propter operari: et licet dependeret à f[orm]a, ut operaretur, poset adhuc existere sine f[orm]a; sic a[nim]a rationalis n[on] potest producere operationes sentiendi, sine m[ateri]a; et tame[n] potest existere sine illa. 2°. re[spondetur]; m[ateri]a p[e]r se suas passiones operatur abs[que] f[orm]a. Ad 2[am] con[tra] f[ormat]iones, deest ma[iori], negatur minor; potuit n[on] n[atu]ra monstra p[ro]ducere, quæ multo horridiora s[un]t, et deformia q[ua]m m[ateri]a ipsa. Ad 3[am] re[spondetur], hoc solu[m] argu[ment]o probari, q[uo]d agens n[atura]le n[on] potest corrumpere, nisi denuo producendo propter co[mmun]es authoris n[atur]æ providentias, n[on] tame[n] q[uo]d m[ateri]a et propria sua indigentia n[on] posset existere n[atura]liter sine f[orm]a; unde ad 4[um] axioma re[spondetur], o[mn]es generationes, quæ de facto datur, ut in plurimu[m] ēē corruptiones f[orm]æ p[ræ]existentis, n[on] tame[n] o[mn]es corruptiones n[atura]les p[e]r se deberent ēē generationes; na[m] sicut contingit in aqua nimio calore affecta, q[uæ] s[ua] for[ma] adimit calore[m], deinde longo tempore frigiditate[m] producit; ita fieri posset, ut post corruptiones unius f[orm]æ, n[on] succederet altera

im mate; d. paulatim m.a ad fras disponeretr. Adl.m omittendo aiis, negatr coa; plura n nunq. fiunt, quae ab intrinco n[atu]ralitr potias, licet ab extrinco in potia dicantr: unde ab extrinco propter decretus divinus impole e, m.a sine fra permanere.

Disputatio 6.a

Unitates, et specificas distiones m.ae in dagandas suscipimus.

Caput 1.m

Plures ee poles m.as in specie diversas ab existenti propugnatur.

Antequam diversitates in specie materierum pdiu sermo fiat, expendendque s. aliquot nota: 1.a sit, questione presentem procedere in senta thomistarum negantias, m.as species habere; certum enim m.as habere diffras essales, per quas differt ab aliis; nam licet sit pura potia physica, quae n habet actus phicus, ideo fras; habet tames actus metaphisicus, et sic diffras. Secunda sit, habere species, nitil aliud ee, q habere essas istitutas; m.a n in specie detiata istituta e, q ex gratis essalibus metaphisicis species m.e ipsius pponitr.

Unde specificativum aliud intrincus, et aliud extrincus; specificativus intricus cujusque rei p. grata essalia ipsius, per quae eius esa istituitr, et differt ab omni eo, quod n e talis res; sic rationale e specificativus intrincus hois, per qd istituitr homo, et differt in specie ab equo. Specificativus extricus, et tamquam signo, ex quo colligimus rem ee in tali specie istitutas, e aliquis essalis actus, per quem arguimus, tales rem ee talis naturae, et n alterius; sic actus rattiocinii e specificativus extrincus hois

120

q homo in sua essa constituitur per ordinem ad actus rationis.

Ita nota sit, specificativum intrinsecum materiae esse potentiam ad formas; nam per potentiam tales intrinsece constituitur in specie materia; et per illam differt ab omni ego de omni materia. Ad specificativum extrinsecum materiae unanimi consensu omnes Philosophi docent, esse collectionem formarum substantium, quas essentialiter respicit materia: unde tanquam a signo colligimus unam materiam esse eiusdem speciei cum alia, quia respicit easdem formas atque alia; sicut ideo Petrus est eiusdem speciei cum Paulo, quia ambo constituuntur per ordinem ad rationis... at si una materia respiciat formas, quas alia materia nequit recipere, tales materias in specie differre indicandum erit, et ideo est, quia sic in omnibus sentitur, duae causae sunt specie diversae, quoties omnes effectus collective sumpti producibiles ab una causa, diversi in specie ab omnibus effectibus alterius causae; sic homo, et equus, diversi sunt in specie, quia ordinem dicunt ad operationes specie diversas.

Dices, diversitas specifica formarum non desumitur ex diversitate materierum: ergo nec diversitas materierum a formis desumi debet: antecedens probatur, quia formae distinctae in specie respiciunt eandem in specie materiam: ergo similiter materiae distinctae in specie respicient easdem in specie formas; et contra ab illis non desumi debet materierum diversitas.

Satisfit concesso anti, negando consequentiam, quia materia cum sit pura potentia ad formas, et non sit principium operationum propositis, non potest diversificari ab alia, nisi per formas specie distinctas: formae vero praeter informare materiam, habent esse propria plurium operationum principia, quas essentialiter respiciunt, et a quibus specificantur; quin necesse sit specificari a diversis specie materiebus.

Ex dictis colligitur, quod rogemus in praesenti, utrum scilicet intra genus materiae sit possibiles sint plures species, id est utrum possibiles sint plures materiae, quae specie differant inter se, et a materia de facto existente esse quod nullum, ut arbitror, potest esse litigium; nam ab rego puncto negabitur possibiles

ēē plures m̄ās, quarum quælibet respiciat collectionem fōrarum specie distam à collectione fōrarum alterius m̄æ; siquidem ordines transcendales specie diversificantur, quando termini specie diversificantur. Ergo m̄ā q̄a sit ordo transcendentalis ad fōrās, erit specie diversa, si illę sint specie diversę.

Item nulla repugnantia datur in eo, quod possibilis sit m̄a, quæ tantum recipiat fōrās incorruptibiles, et m̄a possibilis ē, quæ corruptibiles tantum recipiat; imo superet una, quæ fōrās spiritales, v.g. ăĭās rātes, et altera, quæ fōrās corporeas, v.g. ăĭās equi, et leonis, possibiles sunt: at harum m̄æ distinguuntur specie; siquidem distinguuntur fōrās, quas recipiunt: ergo.

Nec solum possibiles sunt m̄æ specie diversæ modo dicto, sed etiam m̄æ receptivæ fōrarum, quæ ex aliis elementis generarentur; quæ m̄æ specie distinguerentur à m̄a, quæ solum reciperet fōrās, quæ ex quatuor his elementis generantur: quis autem ausus ē negare, possibilem ēē alium mundum, qui aliis elementis specie distis à nostris componeretur?

Rursus cur possibilis non erit m̄a, quæ unam tantum fōrām substālem corruptibilem ex his, quæ de facto in nostra m̄a recipiuntur, vel ex aliis possibilibus recipiat; quæ quidem à nostra m̄a specie differret; nam hæc respicit tres plures specie diversos; illa vero illos non respiceret: nec esset inconveniens, quod illa fōra corruptibilis destrueretur ab agente nali, et alia introduceretur de novo; nam probatum manet De præsenti posse m̄am naliter existere sine omni fōra substāli.

Rogamus præterea, an sit possibilis m̄a dista in specie à m̄a existenti, potens recipere aliquas fōrās ex his corruptibilibus numero solum distis, non omnes fōrās illius speciei; v.g. m̄a, quæ tantum reciperet duas fōrās equinas aliasque eiusdem speciei, respondemus negativè; et rāo ē, quia cum fōræ eiusdem speciei nequeant habere temperamenta dista in specie, eo ipso quod una m̄a

posit recipere temperamentum, et dispositiones ad unam formam, potest recipere illas dispositiones ad alias formas eiusdem speciei. Insuper, quia alioqui possent dari duae materiae specie distinctae inter se, quarum una reciperet solum duas formas leonis, et alia duas alias formas leonis, quae quidem formae solum numero distinguuntur; unde specifica distinctio materiarum ex diversis in specie formis non desumeretur.

Nihilominus tamen Doctor Subtilis, Suares de Metaphysica, sesse 12 numero 6º, Ponce, Rubius, Ponce, Gaz, Joannes de Coelo, sesse 2a, et alios, opinio nostra sit, posse dari materiam distinctam in specie ab existenti, quae posset recipere aliquas formas sublunares corruptibiles, ex his existentibus, non tamen omnes existentes distinctas in specie: in quo nullam implicationem invenio, nam posset illa materia recipere has formas, vel illas sine dispositionibus, aut cum aliis dispositionibus specie diversis ab existentibus, quae de facto in materia praecedunt: ergo talis materia erit concedenda.

Caput 2

Obiectis occurrit

Primum ex Thomistarum obiectis est, si essent possibiles materiae distinctae in specie, illae possent esse inaequales in perfectione, una non esset perfectior altera, at hoc repugnat, nam materia est omnium entium imperfectissima, et prope nihil, ut loquitur Augustinus lib. 2º Confessionum c. 4, nihilque imperfectius est illa: ergo non sunt possibiles materiae specie distinctae. Contra tertio, materia non requirit continere in se formas, solum non dicit unionem cum illis: ergo eo ipso, quod recipiat unam formam, poterit recipere omnes; ac proinde non erunt possibiles materiae distinctae in specie, quarum una possit recipere plures, vel pauciores spirituales vel corporeas, corruptibiles vel incorruptibiles formas. Confirmatur 2º: non potest dari pura potentia perfectior alia: ergo nequit dari una materia perfectior alia, ut potest pura potentia.

Occurres tamen necessario, negando minorem; ad probationem dices, quod licet materia sit ex genere suo om

nius entium imperfectissimus ens; adhuc id n̄ obstat, ut intra genus m̄ę plures species reperiantr, quarum altera sit perfectior aliis, aut imperfectior: nec huic solutioni ꝯtrarius ē divus Augusti-nus qui nō e m̄ę, aut res corporeas, seu m̄ales intelligit; aut m̄ā ꝯ̄ ū aliorum entium sub tali ratione ēē imperfectissimam.

Primę ꝯtraōni occurres, omisso ant̄e, negata cōa; nam licet m̄a n̄ ꝯtineat f̄ras, quas recipit, n̄ inde infertr posse recipere omnes diversę speciei intrise distas; ex eo q̄d possit reci-pere aliquas; lapis n̄ potest naltr recipere albedinem, et tamen n̄ potest recipere oēs f̄ras accidales, ꝯ̄ ut intellectiones, divinas gratias.

2ę ꝯtraōni etiam occurres, negando ant̄; nam licet m̄a sit pura potia ꝯ̄ ū actus phisici, ꝯ̄ ut f̄rę, et imperfecta sit satis, adhuc excessum, et decrementum imperfectionis sustinere potest, siquidem habet ēē ens reale sub r̄one abstracta, et coentr actum metaphisicum, seu diff̄ram specificam.

Qm obiicies sit, oīs species desumitr ex f̄ra; s̄ m̄a p̄ seīpsa n̄ habet f̄ram: ḡ neque speciem, et coentr nequeunt m̄ę p̄tes distingui in specie. Confirmatr 1ᵒ, oīs species vel ē actus, vel includit actum; s̄ m̄a neq̄ includit actum, neq̄ ē actus: ḡ neq̄ ē species: maior probatr, q̄ spe-cies ē ens tale includens diff̄ram metaphisicam, quę ē f̄ra: ḡ. Confir-matr 2ᵒ, oīs species ꝯponitr ex genere, et diff̄ra; s̄ m̄a n̄ ꝯponitr ex ge-nere, et diff̄ra: ḡ n̄ ē ~~ex~~ species: minor probatr, ex m̄a solum po-test desumi genus, eo q̄d sit pura potia, sicut ē ꝯ̄ ē Deo, q̄ d̄ purus actus, n̄ potest desumi genus, s̄ sola diff̄ra.

Occurres negando maiorem; q̄ Angelus n̄ habet f̄ram, et tamen speciem habet, desumitr in spe-cies ex propriis reī p̄ratis metaphisicis, licet a f̄ra tanq̄ā specifi-icativo extrinco species intrinca m̄ę colligatr. Ad 1ᵐ ꝯtraō-nem distinguo maiorem; includit actum essalem, concedo maiorem; actum in-formativum, nego maiorem; m̄a n̄ includit actum essalem, scilicet

124.

diffras proprias in eius defone 9stitutas. Ad 3m nego mores, ad probaones neq. ans; nas ex quacunq. entate, sive Deus, sive Creatura sit, potest desumi genus, et diffra, p. quq definiatr.

Demas 3a ultimas opinionis nostrq resolutiones obiicit Pascuarez ibi citatus, eadem virtus receptiva requiritr ad recipiendas fras leonis, ac ad recipiendas fras equi, vel quanlibet alias et corruptibilibus, quq de facto existunt: q. implicat m'a, quq habeat virtutes ad recipiendas aliquas fras ex existentibus, et n omnes diversq speciei. Confratr 1o; q. omnes frq sublunares 9veniunt in hoc, q. ple corruptibilitr uniri m'q: q. m'a, quq aliquas ex his fris corruptibilitr potest recipere, poterit eodes modo recipere ones. Confratr 2o; m'a, quq recipit unas fras corruptibilitr potest natlitr illas amittere: q. illa expulsa poterit recipere alias, et hac expulsa alias: et sic p ones fras contrarias potest discursus effrari.

Respondemus negando ant: nas licet de facto eadem specie virtus, m'q sufficiat ad recipiendas ones fras corrptibiles; potest tames diversa virtus in specie requiri ad aliquas fras corruptibiles distas in specie, quq n sit sufficiens ad alias recipiendas. Ad 1m 9firmones 9cedo ans, et neg. coas, licet n omnes frq corruptibles existentes 9veniant in illo p'dicato coi, attames differunt essalitr p alios speciales 9ceptus, ratione quorum poterit una nra recipere aliquas fras, et n ones, sicut 9tingit in fris corruptibus, et incorruptibus, quq 9veniunt in hoc, q. sint infraq m'as, et tames sine bene colligitr tang certas, m'as receptivas fratum corruptibilium posse etias recipere fras incorruptibles. Ad 2m 9cesso anti distinguitr coans: q. illa expulsa m'a poterit recipere alias, si respiceret ex nra sua, 9cedits coa; poterit recipere alias, m' q. n respicit natlitr, negatr coa; illa igitr m'a p obistantias ex nra sua posset recipere illas, ad quas diceret ordines ntales, n tames omnes, quas natlitr n respiceret. Nihil deest

caput 4

an sit possibilis m[ateri]a, quae f[orm]as corruptibiles, et incorruptibiles recipere possit?

Ex s[upr]a relatis constat, non repugnare duas m[ateri]as, quae distinguantur specie, quarum una sit tantum receptiva f[orm]arum corruptibilium, qualis habetur in oibus sublunaribus, et alia tantum incorruptibilium, quales in metiogisenta (?) ssfr[a]e caelorum: inquiro modo, utrum de potentia Dei absoluta possibilis sit m[ateri]a, quae per eandem potentiam utrumque munus exerceat: an detur de facto talis m[ateri]a, inferius videbimus. Possibilitatem talis m[ateri]ae, quae recipiat successive inquam f[orm]as corruptibiles, et alias etiam incorruptibiles, affirmant aliqui graves D[octore]s, ita opinantur Bonaventura 2° distinctione 12 articulo 2° quaestione 1a, Scotus in 2° distinctione 14 quaestione 1a, P. Molina tractatu de opere sex dierum, P. Suarez 1a p[ar]te de caelo, P. Arriaga 2a Phisicae numero 1059, et quam plures alii Aut[ore]s.

Huius sententiae fundamentum omissis iis, quae ex sacrae Scripturae authoritate desumuntur, quoniam de iis inferius nobis erit sermo, unicum est ex divinae omnipotentiae perfectione deductum, cui minime denegari debet quod manifestam non involvit contradictionem, at nulla implicatio, nec repugnantia est in eo, quod eadem m[ateri]a sit capax recipiendi f[orm]as corruptibiles, et incorruptibiles: ergo talis m[ateri]a nequit denegari: probatur minor, nam f[orm]as esse incorruptibiles, solum efficit, quod illa sit inseparabilis intrinsece a m[ateri]a, ponique incorruptibiles, ita ut licet obviciantur qualitates contrariae corrumpentes f[orm]as, adhuc illa f[orm]a non possit expelli: deinde implicatoria, quae sit capax recipiendi eiusmodi f[orm]as, licet recipiat f[orm]as corruptibiles: ergo.

Confirmatur de facto eadem in specie m[ateri]a sublunaris potest recipere f[orm]as ligni, quae facile

à m.ª separari potest, et ites f.ª adamantis, quæ dificilime dimovetur à m.ª: q.º licet f.ª adamantis esset incorruptibilis ab intrinseco, quæ nunquam expelli posset à m.ª, n̄ ideo m.ª esset incapax ex se recipiendi f.as corruptibiles.

Opponunt PP.s sententiæ oppositæ, ult. S. Thomas, et eius eminentiores discipuli Soncinas, Capreolus, Ferrara, et reliqui; si m.ª ex se esset capax recipiendi f.as corruptibiles, et incorruptibiles, quando actualiter haberet f.as incorruptibiles posset naliter recipere f.as corruptibiles; siquidem posset recipere ultimas dispotiones ad illas f.as corruptibiles, v.g. posset recipere frigiditates, ut octo ad f.as ... ; d tunc nario destrueretur f.a præexistens incorruptibilis, cum n̄ naliter duas f.as simul nequeat recipere: q.º illa f.a incorruptibilis, corruptibilis ... foret, et e contra naliter posset recipere f.as corruptibiles.

Retr. 1.º negando maiores; qd ult. m.ª illa duceret infrata f.a incorruptibili, posset absolute recipere f.as corruptibiles, aut ultimas dispotiones ad illas: licet quantus ex se e, posset illas f.as corruptibiles naliter recipere, et ultimas dispotiones ad illas: absolute n̄ impediretur introductio f.æ corruptibilis præcise decretus Dei, quo Deus statuit, ut præsente f.a incorruptibili nulla alia corruptibilis induceretur ab agente nali; n̄ ex parte m.æ illa resistentia daretur, si ... manente incorruptibili f.a corruptibilis introduceretur: nulla n̄ repugna e in eo qd duæ f.æ sint in eadem m.a n̄ habentes dispotiones contrarias.

Secundo retr., qd absolute illa m.a infrata f.a incorruptibili reciperet ultimas dispotiones ad f.as corruptibiles, n̄ tamen reciperet ipsas f.as; q.ª posita ultima dispotione in m.ª, adhuc potest n̄ introduci f.a propter impedimentum unionis incorruptibilis, imo de facto potest contingere, qd posita ultima dispotione, n̄ introducatur f.a defectu ... requisiti, quando ... unio f.æ præcedentis e incorruptibilis n̄ dantur

requisita omnia ad formas denuo introducendas.

Opponunt 2°: materia habens formas incorruptibiles, non potest illas amittere; ergo non potest recipere alias formas sive corruptibiles, sive incorruptibiles, nisi dimittendo priores; quod implicat materia receptiva utriusque formae. Confirmatur 1°: cuicumque potentiae passivae absolute naturali correspondet potentia activa naturalis; sed nulla datur potentia activa naturalis, quae possit expellere formas incorruptibiles a materia, et alias corruptibiles introducere: ergo materia nullas potentias passivas habet naturales ad formas corruptibiles recipiendas.

Confirmatur 2°: frustra est potentia, quae nunquam reducitur ad actum, ut commune axioma testatur; sed potentia illius materiae semel informatae forma incorruptibili, nunquam posset reduci ad actum recipiendi formas corruptibiles, cum nunquam posset deponere formas incorruptibiles: ergo talis potentia otiosa foret.

Respondetur concessa majori, distinguendo minorem; non potest proxime recipere alias formas, nisi dimittendo priores, concedo minorem: non potest remote saltem, nego minorem: impeditur enim materia a forma incorruptibili, ne possit proxime recipere alias quascumque formas; ast remote potest, siquidem non aufertur eius potentia ex eo quod impediatur forma incorruptibili.

Ad 1am confirmationem distinguo antecedens; cuicumque potentiae passivae absolute naturali correspondet potentia activa naturalis, quae quantum est ex se possit inducere formas, concedo antecedens; quae absolute possit dare alicuius impedimenti, nego antecedens: itaque potentiae passivae materiae correspondet potentia activa naturalis agentis, quae potest absolute introducere formas, si non adsit impedimentum alterius formae incorruptibilis; ast si adsit, solum quantum est ex se poterit introducere formas.

Ad 2am confirmationem distinguitur major; frustra est potentia, quae non reducitur ad actum, propter defectum ipsius

potiæ, concedo maiorem: propter aliquid impeditum extrinsecus, et pacti lensad veniens, nego maiorem: nam non dicitur potentia otiosa quando extrinsece est impedita, et nequit proxime ad actum reduci; sed quando ratione sui, et alicuius defectus, ut ad actum reducatur, nequit reduci, dicitur omnino otiosa.

Opponuntur 3º, si potentis esset materia, quæ ex se respiceret formas corruptibiles, et incorruptibiles, haberet appetitum ad illas; hoc implicat; ergo: probatur minor, illa materia dum esset sub forma corruptibili appeteret formas incorruptibiles, ut pote nobiliores, et consequenter appeteret impedimentum suæ perfectionis propriæ, qua recipere potest formas corruptibiles; ergo. Confirmatur 1º, quia si materia dum est sub forma corruptibili appeteret formas incorruptibiles, appeteret destructionem formæ præcedentis. Confirmatur 2º, si possibilis esset præ dicta materia, posset etiam recipere diversas in specie formas incorruptibiles, sed hoc implicat; ergo.

Respondetur distinguendo maiorem, haberet appetitum ad illas formas raze, et sub disiunctione, concedo maiorem: determinate, nego maiorem: itaque cest Disputationis 1 dixi, materiam non appetere simul, nec successive, nec determinate aliquam formam, nec aliquam perfectionem, sed solum raze; secus autem esset violentia, dum esset sub forma corruptibili: unde illa materia non appeteret impedimentum suæ perfectionis determinate, sed solum ex suppositione, quod nullam aliam formam esset habitura. Ad 1m confirmationem dicendum, materiam non appetere potius formæ præcedentis destructionem determinate, quam conservationem illius. Ad 2m nulla implicatio, quod materia illa posset recipere quantum est ex se duas formas specie distinctas incorruptibiles.

Caput 4

De unitate specifica materierum de facto existentium.

Unum restat, ut unitatem specificam materierum, quæ de facto dantur, expendamus; itaque difficultas est, an omnes materiæ de facto existentes sint eiusdem

specie, et per se tis, utrum materia coelorum, et sublunarium rerum materia differant in specie, vel non? haec difficultas liquido expedienda erit, si aliquibus praemissis circa unitatem materiae fidem habeas.

Praemitto 1°: materiae quae de facto existenti convenit unitas, et pluralitas numerica; unitas quidem in singulis suppositis, quia in quolibet adest una numero materia; pluralitas vero in collectione plurium suppositorum, quia cuique convenit una materia numero distincta ab ea, quae alteri supposito convenit: hoc constat manifeste, si loquamur de suppositis in eodem tempore existentibus, quia nequit eadem res naturaliter existere in pluribus locis distantibus, vel proximis; aut in suppositis omnino separatis, atque distinctis: quia non potest esse materia eadem, quae est in Petro, et quae est in Paulo simul existentibus. Hinc est in pluribus suppositis plures esse materias.

Sed dices, etiam in uno supposito essent plures materiae, et consequenter non conveniret materiae unitas numerica. Contra; nam docemus, in uno supposito unam tantum esse materiam: et probamus, nam si essent plures materiae, aut omnes continuarentur media unione continuationis, aut non, si continuarentur, efficeretur ex omnibus una materia continua; sicut ex pluribus guttis efficitur una aqua; et nos hoc tantum intendimus, fatemur enim materiam unius suppositi constare ex pluribus partibus; de quibus omnes uniuntur, ideo unam materiam numero appellamus.

Si non continuarentur, rogo, vel sunt plures materiae in eadem parte situs; et sic superflue: sufficit enim una pars materiae ad alteram partem situs illi respondentem: vel sunt in diversis partibus situs; quia omnes illae partes materiae contiguae unientur inter se, sicut uniuntur quae partes aquae statim atque contiguantur; et sic unam materiam numero reddent in unoquoque supposito.

Praemitto 2°: si sermo sit de pluribus suppositis successive existentibus, quorum alia in alia supposita transmutantur; e contra dicendum est, eadem numero materiam

unius compositi transire in compositiones alterius; quod probatur eis dem rationibus, quibus probamus materiam primam existere in rerum natura. Prima ceterum et potissima ratio desumitur ex rerum transmutatione, qua aliquod substantiale, quod erat in composito corrupto transit ad compositum denuo productum, quod substantiale vocamus materiam primam: sed eadem numero materia, quae erat sub forma ligni, transit ad compositum cineris, et successive utrumque compositum constituit.

Praemitto 2º materia omnium corporum sublunarium habent unitatem specificam, id est esse eius dem speciei, probatur, nam illae materiae sunt eius dem speciei, quae respiciunt eandem collectionem formarum; sed omnes materiae sublunares eandem formarum collectionem respiciunt: ergo omnes sunt eius dem speciei. maior constat, nam species materiae desumitur a potentia, et capacitate ad recipiendas omnes formas tam substantiales, quam accidentales; at in quacumque materia sublunari invenitur haec potentia, et capacitas: ergo. Minor probatur, nam materia quaevis potest omnes formas recipere successive, et saltem remote, hoc est aliquas post alias, licet enim materia Petri non possit illico devenire in compositionem lapidis, poterit tamen paulatim, si prius alias formas recipiat quibus recipiendis magis apta, et propinqua est.

Arguitur hinc materia vermiculi nequit recipere formam elephantis, siquidem huius formae ingens moles in ea minima quantitate materiae vermiculi nequit existere ergo istae duae materiae specie distinguntur. Respondetur materiam vermiculi posse recipere formam elephantis si simul cum aliis partibus materiae eius dem rationis adhaereat: nec inde infertur illas materias distingui in specie sicut aquae gutta non distinguitur in specie a flumine, licet flumen per mille leucarum spatia, et eo amplius divagetur, gutta vero intra unius vasculi metas diffundi capiat. Arguies item, materia elementorum est diversae speciei: ergo materia sublunaris non est unius speciei: antecedens probatur, nam si materia aeris esset eius dem speciei cum materia ignis iste ageret in aerem producendo formam ignis: ergo. Nego tamen, nam aer est capax formae ignis ut ipsa experientia testatur cum saepe ex aere generetur ignis, et aqua generetur terra; et ex quovis elemento quodvis compositum sublunare generetur: qua propter ex alto Dei providentia fit, quod inter se mutua concordia elementa consistant, et ex illis omnia sublunaria

proveniant, in materia illorum omnium unius speciei sit.

Praemitto 4 omnes materias caelorum, astrorum, phenomenorum, seu corporum apparentium esse eiusdem speciei inter se; et non loquimur in sententia illorum, qui affirmant, caelum unicum esse, vel solidum, in quo vacuitates constituunt, in quibus astra collocentur; vel aereum, in quo quasi in mari pisces, soles, lunas, et astra innatare credunt. in hac sententia, sicut unum est caelum, ita una erit materia, quae caelestes formas recipiat.

Procedimus ergo in sententia admittente multiplicitatem caelorum (an solidi, vel fluidi sint inferius videbimus) sive caeli sint tres, ut plures existimant, sive septem, sive octo alii; sive, ut communior sententia docet sint usque undecim: primus caelum Lunae, 2m Mercurii, 3m Veneris, 4m Solis, 5 Martis, 6m Jovis, 7 Saturni, 8 firmamentum, 9 Christallinum, 10 primum mobile, 11 empyreum, quod est Dei, et totius caelestis Beatorum agminis secura Patria.

Infert Doctissimus Societatis nostrae Pr Christophorus Clavius rerum mathematicarum ad stuporem usque peritissimus, qui nobiscum, et aliis Philosophis indicat, decem primos caelos compositos esse materia, et forma; Empyreum autem esse omnino simplex; quia cum sit locus summae felicitatis, debuit ab aliis caelis secerni; licet ego indicem, etiam compositum esse ex nobiliori materia distincta in specie a materia reliquorum caelorum.

Unde omnes decem materias caelorum, et materias astrorum, Phenomenorum quorum meliori modo in sententia, esse eiusdem speciei inter se, quia frustra ponitur tanta materierum varietas specifica; et licet formae caelorum essent diversae speciei; attamen non inde infertur materias debere esse diversae speciei, sicut materiae sublunares, quae recipiunt diversas in specie formas, nec inde colligitur specie inter se differre.

Sed dices, formas caelorum, astrorum, Cometarum quae esse alias corruptibiles, et alias incorruptibiles; ergo materia de facto existens non potest recipere eius modi formas

corruptibiles, et incorruptibiles, quæ diversæ in specie magis concedendæ sunt in corporibus cælestibus. Ratio, materiam cælestem de facto existentem posse recipere absolute formas tam corruptibiles, quam incorruptibiles (si forte ita se habeant formæ corporum cælestium ut infra ca. 6° dicam) eo modo quo asseruimus materiam potentiam receptivam formarum corruptibilium, et incorruptibilium non implicare: sicut autem omnes corruptibiles omnino sint, posse eandem materiam quantum est ex se incorruptibiles formas recipere, sene concludo.

Caput 5

Nostra sententia producitur.

His præmissis præcipuæ difficultatis nodum dissolvo; indico non magis sublunarium rerum non distinguuntur specie a materiis cælorum, omniumque corporum cælestium, et eandem specificam unitatem præseferunt: longam authorum seriem pro nostra opinione non producam vitandi fastidii, quæ quis apud Patres conimbr. 1° de cælo ca. 2° quæst. 6a. articulo 1° videndi sunt, et apud Tannerum de b. quæst. 2a dub. 4, ubi innumera Patrum testimonia, et sacræ scripturæ inter ceteros authoritates compilat. Hæc tamen opinio seclusa authoritate, nulla et efficaci ratione probari, aut suaderi nequit; imo nec opposita opinio aliqua ratione sufficiente valido duci potest, in hac non lite solum ad libitum, et ornere conjecturalibus rationibus pro utraque parte Patres desertant.

Qua propter authoritate sacræ Paginæ potissimum nostræ sententiæ fundamentum iaciemus, ut testatur Pallavicinus noster lib. 6 Annalium veteris testamenti anno Mundi 1° die 2a etc., Pater Molina 1a. parte quæst. 2a, et sequentibus; Pater Martinus del Rio in caput 1m Genesis dubio 3° 4; præcipuum in hac re testimonium est 1° Genesis dicentis: in principio creavit Deus cælum, et terram; et quo aperte in exordio Mundi colligitur, 1° die terram, ut fundamentum, et cælum Empyreum velut totius architectus perfectiorem ad spatium, creata fuisse, illisque duas superadditas, quæ adspicua fierent: totiusque spatium, quod inter Empyreum et terram interiec

tus erat, aquis erat repletum; siquidem antequam 2a dies adveniret, aquae 133
fuerunt productae, sic sacro textu testante, et spiritus Domini ferebatur
super aquas.

Unde in 2a die, mediis aquis creavit Deus firmam-
entum, et caeteri caeli producti sunt; ut patet dixit quoque Deus, fiat firma-
mentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis; vocavit-
que Deus firmamentum caelum: quae verba PP. Ecclesiae S. Clemens, San-
ctus Cyrillus, S. Crisos., Tertullianus, Theodoretus, Beda, et Nobiliores
Sacrae Scripturae commentatores sic exponunt, et sentiunt quod magna
pars aquarum congregata fuit in caelestes orbes, infra quos eae dictae sunt aquae,
quae in unum locum, ut mare congregatae sunt, et supra ipsos superfuerunt aquae
reservatae inter Empyreum, et firmamentum, seu caelos, quae dividunt
aquas ab aquis maris; sic in cantico puerorum propheta Daniel
ait, benedicite aquae omnes, quae super caelos sunt Domino, et Psalmo
103 Davidis extendens caelum sicut pellem, qui tegis aquis superiora
eius, et Psalmo 148, laudate eum caeli caelorum, et aquae omnes, quae
super caelos sunt.

Tunc sic pro nostra sententia; caeli facti sunt ex aquae materia, sed materia
aquae est eadem in specie cum materia corporum sublunarium: ergo eadem est in
specie materia corporibus caelestibus, et sublunaribus; probatur minor,
nam illae aquae sunt eiusdem naturae cum nostris elementaribus aquis, ut con-
stat ex illo Genesis 1o fecit Deus firmamentum, divisitque aquas,
quae erant sub firmamento ab iis, quae erant super firmamentum.
Confirmatur

1o. quia omnia, quae in 1a die a Deo facta sunt, non ex nova materia, sed ex materia
iam creata Deus produxit; sed caeli in 2a die non sunt facti ex Empyreo,
ut pote perfectissimo, nec ex terra, ut pote materiali, ergo ex immediata aqua
pro dictis sunt, quoniam materia caelorum eadem est cum nostra aquae materia. Confirmatur
2o. quia non sunt ponendae absque necessitate plures entitates specie distinctae, sed
nulla necessitas est ponendi distinctam in specie materiam caelorum a materia

corporum sublunarium: quae eadem materia in specie pro utrisque corporibus adstruenda est. Itinere, quod astra omnia (et si vellis omnia phenomena) ex materia ignis elementalis facta sint, unde eadem cum nostra materia censetur: de huius rei discutio accuratiori indagine in libris de caelo, vel speciali nostro tractatu, si quotiens sequerit a nobis pertractabitur.

Sed dicunt aliqui ex interpretibus, nomen firmamenti appellari aërem, unde caelum non ex aqua, sed ex diversa materia compactum. Quae est, quia numquam in Scriptura firmamenti nomine aër appellatur; deinde quia eodem cap. dicitur Deus stellas in firmamento posuisse; sed solem, et lunam Deus non constituit in aëre; sed in veris sphaeris caelestibus: quare nomine firmamenti non intelligitur aër, qui nubibus inferior est; sed verum caelum intelligitur, ut a sacra pagina vocatur, cuius verbum in omni rigore ubi comprehensum est, accipiendum.

Ulterius obiciunt hinc sequi caelos corruptibiles esse: certe hoc non infertur, quia caeli licet sint constituti ex aqua corruptibili materia, possunt tamen ipsi esse incorruptibiles, si in hoc nulla implicatio est, sicut non repugnat ex eadem materia corruptibili, et incorruptibili componi. Secundo obiciunt, sequi saltem aquas illas quae supra caelos constitutas corruptibiles esse; et iam tot saeculis stagnantes corruptas fore. Concedo esse corruptibiles, nego tamen, corruptas fore; ut non ait P. Martinus del Rio, cum non possit corruptio a Deo impediri; vel illas conservari ob aliquam qualitatem illius loci aptam ad conservationem illarum.

Tertio, aquas illas non posse propter suam gravitatem supra centrum quod aërem consistere, nedum supra caelos. Respondetur, caelos forte densiores esse quam aër et aqua sunt; propterea quod non posse aquam dilabi; sicut neque delabitur a vase vitreo, quo continetur: praeterea non implicat corpus fluidum supra aliud liquidum sustentari, ut oleum sustentatur ab aqua, quod feratur ad imas partes aquae: item illae aquae supernaliter sustentantur supra caelos; nam connaturaliter nequeunt

existere quod cœli globum, non sua gravitate deorsum circumque ferantur.

Quarto obiiciunt, nullum esse finem, propter quem Deus in cœlos aquas collocarit. Respondetur cum beato Delrio, nullum ex hominibus ita sibi arrogare debere, ut altissimos suæ providentiæ fines assequi posit; ad nos enim satis revelata à Deo expectat credere, non autem fines illius nimis curiose indagare.

Caput 6

Materia de facto existens absolute est receptiva formarum corruptibilium, et incorruptibilium.

Ad calcem 4.i capitis adnotavi, materias cœlestes, quæ de facto dantur, sive ipsæ cœlorum astrorumque sint incorruptibiles partim, et partim corruptibiles esse absolute receptivas tum formarum corruptibilium, tum incorruptibilium. modo assero formas cœlorum, stellarumque omnium esse incorruptibiles ab intrinseco; quod probatur authoritate Aristotelis; ita etiam Sanctus Dionisius de divinis nominibus cet, Sanctus Gregorius Nisenus, Sanctus Thomas, Sanctus Bonaventura, et cum eis asserto Philosophorum gentibus, imo omnium fere Patrum; quod probari posse videtur experientia, quæ per tot annorum spatia veracissimo ignis elemento supposita adhæserint, numquam tamen ab eo, vel minima parte cœli ita absumpti; et indefectibilitatem permansisse, quod incorruptibiles esse omnino demonstrant. Nec licet, constantiam illam indefectibilem ad extrinsecam Dei providentiam revocare, et ad intrinsecas ipsorum cœlorum naturas. Scio tamen, sententiam oppositam esse probabilem; et scio etiam, pro utraque sententia nullum urgens fundamentum assignari posse.

Assero præterea; corpora cætera cœlestia, utpote cometæ. in censu trabes, maculæ solares, et cætera, quæ non in aëre efformantur, ut falso iudicavit Aristoteles, sed in cœlorum orbibus, altiores

136 q̃ aliqq stellis, ut p tubus opticus quotidie ab Astronomis obser-
vatum iri, attestatr P. Scheinel in toto libro Rosa ursina, ēē corrup-
tibilia; et vāo est q̃ summa cum admiratione Doctissimus ex nostris As-
tronomus, P. Ioannes Cisatus anno 1606 27 cū corpus sunt obserua-
vit, in cęlis surgere quosdam vapores, qui dissolvuntr, ac dissi-
pantr eo modo, quo nebulę, ad pp° potius cū corpora elementalia
conglobantr, et dissipantr; ex qq vaporibus sic argumentum effari potest: prę-
dictę nebulę requirent dissolvi, Cometes deficere, Maculę solis resolvi nisi
p aliquius corporis desitionem, et corruptionem: q̃ Phenomena ista corruptibilia
sūt.

Hinc inferimus, m̄ām nostram sublunarem, quę eadem in specie ē cū cęlesti, non ab-
lute recipere formas tam corruptiles vel sublunares, et cęlestes corporum apparientium,
q̃ sūt corruptibiles, vlt desem cęlorum: qd eisdem iuntis, qq probamus, n̄ implicare
potest m̄ā corruptibilium et incorruptibilium, de nostra m̄ā existente equiore
improvari potest. Nihil deest.

Solum restat modo expendendum, utrum cęli sint liquidi, aut
solidi. Aliqui existimarunt, idest ēē cęlos incorruptibiles, ac solidos, et ēē
corruptibiles, ac fluidos; haec n̄ omnio diversa; nam potest intelligi, qd sint
incorruptibiles, et fluidi, aut e°. Non loquimur hic de Cęlo empyreo,
qd solidum ēē, et immobile adstruimus propter eius nobilitates.

1a senta docet apud Pm Oviedo 3ª de cęlo puncto 8; tam illi cęli, qq inerran-
tes stellę fixę sūt; quam illi cęli, in qq Planetę moventr, solidi omnio sūt. 2a senta
defendit, cęlos Astrorum inerrantium solidos ēē; eos vero qq stellę errantes
insident, fluidos, ac liquidos ēē. 3a senta propugnat, cęlos omnes,
sive errantium, sive inerrantium stellarum fluidos omnio ēē: ita quam sancti
PPs, et doctissimi Astronomi, quos Par Schreiner pro se allegat c. 29
et 30.

Probatur hęc 3a senta (quę nobis placet) ex observatione plurium

Mathematicorum, quis experientia observant, Planetas aliquos iam supra Solem esse, iam infra ipsum, et transeant illud spatium caelorum liquidum; nam si caeli essent solidi, contingeret, quod penetrarent eius eam partem caeli, per quam ascendunt supra Solem; quod non permittit bona Philosophia; vel contingeret, quod disrumperent illud corpus solidum caeli, quod non conceditur ab illis, qui adstruunt soliditatem caelorum: et nec absurda haec admittantur, debet admitti, Planetas per fluidos caelos, sicut pisces per aquas moveri: et licet aliae stellae sint inerrantes, et fixae, non inde colligitur, caelos, quibus affiguntur, solidos esse.

Argumenta in oppositum nulla sunt; primum desumitur ab authoritate sacrae Scripturae Proverbiorum 8. Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit caelos prudentia: quod facile solvitur, nam ex praedicto loco caelorum constantia, et indefectibilitas in suis motibus, et duratione solum denotatur. Secundum similiter superari illa verba ex libro Iob cap. 37, versu 18, tu forsan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi, quasi aere fusi sunt: quod primo est, nam haec verba non sunt prolata a sancto Iob, nec ab authore libri sacri, quod ab stulto homine Eliud, qui a Deo propter eius garrulitatem capite sequenti carpitur, quis est hic involvens sententias sermonibus imperitis. Secundo iste sermo solum est de aere, ut volunt omnes interpretes. Tertio ex nostro Pineda ex illis verbis solum colligitur admirabilis providentia Dei, qui rem fluxam, qualis est caelum, reddit ita constantem, ut ex aere videatur consistere.

Appendix ad huius tractatus seriem de privatione altero principio corporis in fieri naturalis.

Breviter tamen, licet tamquam propria sede hic privationis naturam investigamus: carentia in communi, quasi una communis opposita entitati in omni

138

dividitur in privationes, et negationes: negatio est carentia entis in nullo subiecto, aut in subiecto incapaci formae, qua caret: privatio autem est carentia formae in subiecto capaci ipsius formae: dicitur carentia loco generis, quia in eo convenit privatio cum negatione; differt tamen a negatione in eo, quod omnis privatio sit in subiecto capaci: unde privatio dicitur prius ad corpus naturale in fieri prout transitus est, non tamen dicitur carentia in communi, aut negatio, quia ad rationem transitus requiritur aptitudo subiectum transiens, in quo sit privatio; privatio vero essentialiter petit subiectum capax; siquidem capacitas subiecti est pars intrinseca privationis: at carentia in communi, aut negatio in nullo subiecto, aut in subiecto incapaci petit existere.

Sed rogabis 1o, an privatio dicenda sit ens? Antiquiores appellant illas ens rationis; quod autem huius sit ens rationis, in nostro de Ente rationis tractatu diximus: Recentiores autem appellant ens reale privativum, sicut negationes omnes, et carentias entia realia negativa vocitant: ens reale dicitur ut distinguatur ab ente ficto, quod independenter ab intellectu datur: privativum dicitur, ut a positivo differat; nam hoc nomen ens reale est equivocum; et semper stat pro famosiori, videlicet pro ente reali positivo, sicque debet dici privatio ens reale privativum.

Caeterum non erit vere ens reale privatio; nam esse ens, dicit vere, et realiter posse existere, quod neutiquam privationi, et negationibus convenit; non enim ipsae existunt vere, et realiter, sed auferunt existentiam alterius rei, et in se nihil sunt; nam si supponamus, nullo modo rem existere, tunc certius erit dari negationes a parte rei; non tamen, quod vere existant, siquidem nulla datur causa, quae illis existentiam communicet.

Rogabis 2o, an distinguantur inter se privationes? Respondeo, inter se distingui in specie illas privationes, quae resident in subiectis in specie distinctis, quamvis eiusdem formae sint privationes, ut privatio formae equi, quae est in materia hominis, differt a privatione eiusdem formae equi

quæ est in materia leonis: et ratio est, quia privationes includunt essentialiter subiecta: ergo si subiecta sunt diversa in specie, etiam privationes differunt in specie.

Deservnuntretiam privationem in specie, etiamsi subiectum sit idem, quando formæ, quarum sunt privationes, sunt in specie diversæ: ratio est, quia plus differt privatio formæ leonis a privatione animæ rationalis, quam ab alia privatione formæ leonis; ergo hæc maior differentia inter privationes est specifica: ergo probatur minor, plus differt forma leonis a forma rationali, quam ab alia forma leonis; ergo hæc differentia est specifica formarum: ergo et illa differentia privationum. Eædem rationes distinctionem numericam inter privationes probant, quando et subiecta, et formæ numero differunt, etiam differunt numero privationes.

Præterea censeo, quando subiectum forma spoliatum non advenire diversam privationem ab ea, quæ in eodem subiecto præcesserat priusquam formam ipsam adquireret; ergo eandem numero privationem esse unam, quæ aliam in subiecto: probatur, quia quando eadem numero forma est, et idem subiectum, est eadem numero constitutiva privationis; ergo eadem numero est privatio: patet consequentia; nam privatio illa, quæ in subiecto præcesserat antequam formam reciperet, erat extremum contradictorium ipsius formæ, quæ carentia excluditur, adveniente forma: ergo quando deinde forma destruitur, redditur eadem numero privatio: probatur consequentia, quia destructo uno contradictorio advenit alterum e duobus, alioquin si eadem numero privatio non adveniret, recedente forma, sequeretur e duobus contradictoriis neutram adesse, quod est impossibile: ergo.

Rogabis, an privatio, et forma opponantur immediate? Respondeo, si abstrahamus ab omni subiecto forma, et privatio non opponuntur immediate, et contradictorie, quia lignum neque habet formam visivam, neque eius privationem, et Angelus, neque est cæcus, neque videns, siquidem lignum, et Angelus non sunt subiecta capacia: si vero dentur forma, et privatio in subiecto capaci opponuntur immediate, et contradictorie; quia in eadem parte aëris non datur esse lucidum, et tenebrosum.

142. Rogabis ultimo, quaenam privatio sit ea, quae ad generationem corporis in fieri prout transitus est concurrit; an privatio formae, an privatio unionis, an utraque simul; nam antequam adveniat forma, materia est privata forma, et unione? Assero igitur ad generationem in fieri prout transitus est, concurrere duplicem privationem, scilicet privationem formae tanquam prius quod, et privationem unionis, tanquam prius quo; quae privatio unionis sicuti unio dicitur prius ut quo compositi in facto esse, quod simul cum materia constituit unum prius quod, ut Log. Disp. 2 in tractatibus de notavi; ita similiter erit prius quo, quod simul cum privatione formae constituit unum prius quod compositi in fieri. Ubi advertendum est primo neque materiam absolute dicendam esse transire de privatione formae ad formam ipsam, nisi forma uniatur materiae; quamvis enim producta sit forma, attamen materia illa forma carebit, si separata sit, ut constat in anima rationali separata; ideoque semper in materia perseverat formae privatio, donec illi uniatur, et consequenter auferatur privatio unionis, ut compositum existat, unde concurrunt tam privatio formae, quam unionis privatio, ut unum prius quod.

Secundo advertendum est, sicut non auferatur a materia omnium formarum privatio, ita neque auferatur omnium unionum privatio, sed unius unionis tantum, quae talem formam, et materiam copulent. Tertio advertendum est dupliciter posse tolli privationem; vel positive per ipsam formam, cuius est privatio: vel negative, si privatio in negatione consistat, eo quod subiectum reddatur iam ineptum ad recipiendum formam. Plura de privatione videantur apud RR. Conimbricenses libro 1° c. nono q. 12, et apud P. Suarez, P. Hurtado, et P. Arriaga.

Tractatus 3us
de forma substantiali, quae 2a corporis naturalis pars est.

Quamvis formae substantiales veteres aliquos Philosophos latuerit, eam cognitio

tamen agnoverunt Pitagoras, et Plato, qui hęc ... in profu-
nda formę substantialis existentia egregie desudavit; quapropter
multis in locis ostendit in rerum natura admittendas esse alteras
entitates substantialem, quę rude, et impolitam esse materiam exornaret: unde
hę duę compositi entitates ita mutuo se se debere respiciunt, ut vix de una ali-
quid concinne dixeris, quod simul de alia dixisse non debueris: hic tamen
ad substantialis formę naturam discutiendam, annuente numine, iam iam pro-
pius accedam.

Disputatio 2.a

existentiam, quidditatem, et perfectionem formę substantialis indigitat.

caput 1.um

Formę substantialis existentia, et definitio statuitur.

Praeter materiam aliquid dari in corpore naturali aliquid quod sit in se quid substantiale, et
ad quidditatem ipsius compositi pertineat, tamquam indubitatum apud omnes habetur: quapropter superba carnufex erit, qui eos speciatim referre cum
omnes Philosophorum sententia Philosophus ipsum sequuta, tamquam omnem demonstratione
physica evidentem sanxit. Discernamus igitur, compositis omnibus natu-
ralibus suas formas inesse substantiales praeter materiam eorum, quę eadem in specie est
in omnibus compositis: probatur primo existentia formę substantialis a priori.
Plures
sunt substantię sublunares (etiam cęlestes) quę inter se distinguuntur specie;
sicut equus specie differt a leone, et uterque ab homine: ergo aliquid in
eis debet dari, ratione cuius hęc diversitas specifica stare possit;
sed id provenire nequit a materia, quę communis est omnibus compositis naturalibus:
ergo admitti debet in illis pars aliqua substantialis praeter materiam, per quam inter se
specie composita distinguantur; sed ea pars est forma substantialis: ergo.

Confirmatur, quia materia est ens indifferens sua natura, ordinatum ad constituen-
dum verum per se in consortio alterius partis: ergo necessario ad unum compositum
per se alteram substantialem partem, quae forma sit, debet concurrere. Confirmatur 2º, in
homine videmus praeter materiam dari partem alteram substantialem, et spiritualem,
vt animam rationalem, quae cum materia unita constituit integrum hominem; quia
anima rationalis est vera forma hominis, et actus corporis: ergo similiter in reliquis
compositis naturalibus aliqua substantialis pars praeter materiam admitti debet.

Probatur
2º a posteriori, vt ex assidua mutatione, et vicissitudine, quam
materia virtute agentium naturalium mille quotidie formas, et figuras induit, tunc
sic: si praeter materiam nulla alia pars substantialis adesset, sequeretur naturalia composita
non posse generari, aut corrumpi virtute agentium naturalium; id ideo omnino falsum,
et contra evidentes experientias, quia videmus, virtute agentium naturalium quam
amplurima composita generari, et corrumpi: ergo praeter materiam debet dedi
alia entitas substantialis, quae sit terminus generationis, et corruptionis:
sequela maioris probatur, quia materia tantum est ingenerabilis, et incorr-
uptibilis ab agente naturali, siquidem a solo Deo per creationem fuit produ-
cta in subiectum, quod nulli alteri adhaeret, producitur, et agens naturale re-
quirit aliquid ex nihilo producere: ergo si composita nihil praeter materiam sub-
stantiale continerent, ipsa essent ingenerabilia, et incorruptibilia, quod
omnino absurdum est. ergo.

Probatur 3º, ex varietate operationum, et functio-
num, quas abundare cernimus composita substantialia naturalia; videmus
enim equos hinnire, leones rugire, homines ratiocinari, atque discurr-
ere; quae varietas harum operationum attribui non potest soli materiae; tunc, quia
eadem est in omnibus his compositis; tunc quia licet, diversa foret, nul-
la materia ex se habet operationes praedictas: ergo praeter entitatem materiae ad-
mitti debet entitas alia, cui ea varietas operationum tribuatur, quae proinde
est forma substantialis. ergo.

Sed dices, eas operationes, et functiones, et diversos

proficisci à forma instructa diversis accidentibus, quæ in diversis materiis causant dissimiles operationes. Ergo nulla alia entitas substantialis in compositis naturalibus admitti debet. Prob. 2. namque; sicque accidentia etiam sunt diversa in diversis materiis; etiam in equo sunt diversa accidentia, et dispositiones ad hinniendum, et in leone ad rugiendum; quæ non sunt diversa ratione materiæ; nam eadem materia in equo, et leone existit, quæ non magis has, quam alias dispositiones postulat: ergo hæc varietas accidentium à forma substantiali provenire debet, quæ quia diversa est in diversis compositis, ideo resultat accidentium varietas.

Hinc colligitur exacta, et ab omnibus Philosophis admissa formæ substantialis definitio; forma est actus physicus, substantialis primus materiæ 1æ; in qua definitione breviter perstringere aliquot eius partes oportet. Dicitur igitur forma substantialis dicitur actus, per quas partes convenit cum formis accidentalibus; cum omnes sint actus propriorum subiectorum, in quibus recipiuntur: deinde dicitur physicus, ut distinguatur ab actu metaphysico scilicet differentia, quæ realiter non distinguitur à re; forma vero substantialis physica debet esse, quam actuat, et constituit; forma vero substantialis physica debet esse realiter distincta à subiecto, ut dicemus infra.

Dicitur substantialis, ut distinguatur à formis accidentalibus, ut calore, et frigiditate, etc. Item absolutus; ad cuius explicationem adverte, dari formas, alias absolutas, alias modales, tam substantiales, quam accidentales. Absolutæ sunt, quæ uniuntur per rationem cum subiecto realiter distinctas ab ipso, ut formæ equi, leonis, et aliæ substantialis, et similiter formæ caloris, et frigiditatis: modales sunt, quæ uniuntur per seipsas cum subiecto, nec indigeant alterius unionis superadditæ, tales sunt unio, ubi, actio, tamque positiones talis, quas accidentalis.

Tertio dicitur actus absolutus, ut distinguatur ab unione, et à reliquis formis modalibus. Ultimo est actus materiæ primæ; quia ordinatur ex

nara q̃ua ad constituendum unum per se cum m̃a, requiritur, ordines ad potias, quas actuat, et concurs quod incompletum; alioquin si foret aliquod completum, non ordinaretur ad componendum unum per se cum alio: sic entitas fõrmã substalis explicatur per ordines ad m̃am, sicut, et m̃a per ordines ad fõram explicatur; itaque mutuo se transcendentaliter respiciunt.

Hinc e, quod potia (sicut, et res), quam ex se habet fõa, ut cum m̃a uniatur, et illam perficiat constituendo compositum, non est aliquod distinctum realiter, aut fõrmaliter ab ipsa essa fõrme; quod eisdem argumentis, quibus probavimus, potiam m̃ẽ receptivam fõrmarum substalium ab ipsa m̃a non distingui, comprobatur.

Plures fõrmarum divisiones reperies; primo dividitur fõrma in artificialem, et nãles; nalis vero subdividitur in accidentales, et substãles, in spiritales, et corporeas, in vivientes, et non vivientes: ceterum has omnes fõras non intendimus per definionem traditam complectere, sed tantum fõrmas substãles nales, et sic: quod si velis omnes fõras definione aliqua describere, quia ab omnibus illis potest abstrahi aliqua ratio communis ratione alicuius convenientiæ, quas in se contineant, sic poteris eas definire, quæ per se ipsas alterius rei conditiones determinant.

Substalis fõrmã plura nomina, quæ in nostris Authoribus Com. hic articulo 2º adinvenies; Pitagoras illam unitatem appellavit, quia constituit ad unum indivisam m̃am; Aristoteles mentem, eo quod inter creata entia divini actus perfectioni similius sit; a Platonicis divina proles appellata est; dicitur etiam effigies, et character, quia fõrm proprialem effigiem compositum describit; appellatur denique pulchrum optimumque, quia omnia quæ in rerum nãra permissa caligine, et ex squalore sordescebant, suam pulchritudinem hauriunt.

Caput 2um.

Fõrmæ substalis perfectio stabilitur

si formas formis, quoad perfectionem inter se comparemus, certum est, alias esse alijs perfectiores; perfectior enim est forma viventis, quam non viventis; et exigentibus perfectiores illis non, quae perfectius operantur, et vivunt: ex formis non viventibus, ut plurimum sunt imperfectiores illis, quae tenatius haerent in materia, et quae plus attendunt substantia, aut qualitate humida, et frigida participant. Deinde formae cum materia comparari possunt; et certum est, omnem formam substantialem esse perfectiorem materia, cum a qualibet forma materia perficiatur. Formae demum substantiales cum composito comparentur; et tenendum est, formam non esse perfectiorem toto composito, nam compositum includit formaliter omnem perfectionem formae, et addit perfectionem materiae, et unionis: ergo perfectius est compositum forma.

Hinc oritur specialis difficultas, quam attigi etiam libro 1° tract. 1° Def. Cap. 1°, utrum talis sit perfectio formae substantialis, ut ea sit tota essentia compositi. Docuere aliqui ex antiquis philosophis totam quidditatem compositi esse solam formam; materiam dicunt vero non esse partem essentialem compositi, sed formae vehiculum: nos tamen cum meliori, et communiori sententia astruimus, formam non esse totam essentiam compositi; 1° propter rationes allatas citato loco; 2° quia ea pars est essentialis composito, qua ablata, impossibile est in quacumque hypothesi compositum manere; sed ablata materia, vel unione, impossibile est manere compositum: ergo. Confirmatur, nam sequeretur, quod tota essentia hominis esset sola anima rationalis; quare etiam separata diceretur homo, quod falsum omnino: ergo.

Argumenta in praeteritis, quae praedicto citato loco a nobis solvuntur, leviata; primum sit ab auctoritate Philosophi dicentis formam esse totam essentiam compositi, quia appellat eam quidditatem; ergo. Secundo, alioquin composita substantiae, quae in materia distant, sola forma est de essentia compositi substantialis: antecedens probatur, quia corruptis speciebus Eucharistiae solent generari vermes, sed in vermibus non adest materia, quae ibi non adest: ergo tota vermium essentia erit sola forma; minor probatur, quod

Sthomam asserentem, formas ignis in sola quantitate recipi, si species sacrales comburantur: quod ibi non adsertum: attamen sola ratio tamen compositam ignis, et ibi ita: forma sola forma est de essentia compositi.

Respondetur item solum denotare, quod illa verba, quod caro fit cinis, et eam partem positiuo ei vero, quam compositum distinguitur in species absolutis. Confirmatio nulla est: nam vermes, qui generantur corruptis speciebus sacratis, et ibi forma ignis; quis produceret, illis combustis, non sine materia; nam Deus in eo instanti miraculose reproduceret antiquam materiam destructam, aut aliam de novo crearet, in qua forma vermium, et forma ignis reciperentur: unde non acquiescimus doctrinae Sthomae, quae nec in Eucharistia est quantitas; vel etiam si foret ibi quantitas, nequit in meliori sententia forma substantialis in quantitate accidentali recipi.

Secundum est, in die extremo dicitur resurgent idem numero homines, et cum eadem materia, quam habuerunt, quando mortalem vitam degebant, iuxta illud Iob, et in carne mea videbo Deum salvatorem meum; ergo resurgent cum eadem materia; sola forma est de essentia hominis. Minor probatur, quia fortassis eadem materia erit communis tunc duobus hominibus, si nimirum cadaver hominis in piscibus deponeretur, et alter homo ex illis piscibus comedat, et in propriam substantiam convertat: 2°. quia non possunt resurgere cum tota materia, quam successive in vita habuerunt, alioquin resurgerent homines gigantei: ergo.

Respondetur, homines resurrecturos esse eosdem numero physice, et numero moraliter, et quidem si quotidie dierum spatium, media nutritione amittit homo plures partes materiae, et alias acquirit, et tamen durat idem homo numero physice, quid mirum, quod resurgat idem physice in novissimo die, in homine ut tenetur Iob. Ad tamen probationem et 2am respondetur, Deum sua providentia ita gubernaturum esse, ut unusquisque resurgat cum maxima parte eius materiae, quam in vita habuit, non cum tota, quam successive habuit

Si autem roges, quae pars materiae futura sit illa; an ea, quam adquisivit quando natus est homo; an illa, quae illi erat tempore mortis? dicam, nullo fundo certo id constare propter: ast aliqua coniectura ductus, dicam materiae partem esse illam, quam tempore mortis habebat homo; nam in morte opus totius vitae perfecit, ideoque actus resurgit, ut illi aeternum praemium condonetur.

Hic tractari solet, an formae, et quales educantur de potentia materiae, et quid sit ea eductio? id tamen aptius, et opportunius sub libri secundi tractatu de causalitate materiali subiecti in formam indagabimus, ne eadem bis repetere cogamur, cum brevitati consulimus.

Disputatio 2a

quotenae formae sint in singulis corporibus de facto existentibus?

caput 1um

Varie varii opinati sunt.

Quorundam Philosophorum error fuit, unicam esse rerum omnium formam, qua tota haec universitas in ratione unius corporis constituebatur in diversas partes distributi. et ex his ipsis non pauci docuere, universum hoc esse vastissimum animal diversis muneribus vitae fungens: nec audienda est Manichaeorum [illegible] vesania asserentium, in quolibet homine esse duas animas rationales alteram a Deo, alteram a daemone creatas, a quibus bonae et malae actiones procedunt. quam impugnat acerrime Augustinus et Sinodus 4 Concilio Toletano generalis canone 12 damnat tamquam contra propria fidei, quos errores divina fide illustrati merito ridemus.

Suppono 1o, ut praesens quaestio decidatur, non procedere difficultatem de possibili; sed de facto, quomodo res nunc se habent; nam esse solitatem

148.

de potentia absoluta Dei. De sequenti dicemus, posse illi duas formas ultimo complentes in eadem materia residere. Non disputamus de facto de formis ultimo complentibus materiam; certum enim est, naturaliter non posse concurrere duas formas, quarum quaelibet compleat adaequate materiam, nam tamen ex defectu capacitatis materiae, vel oppositione transmutationis, vel decreto exhibente Dei impediente, ne simul in eadem materia duae formae adaequate introducantur, et serventur; solum inquirimus, utrum in compositis naturalibus sint plures formae, quarum collectio compleat materiam, et subordinatae sint ad complendam ultimo, et adaequate materiam.

Et ratio dubitandi stat in eo quod videamus, dari in quolibet vivente diversas functiones corporum; et ex operationibus, functionibus que colligamus, dari in quolibet composito aliquod principium substantiale; et consequenter ubi datur diversitas operationum, dari diversas substantiales formas tanquam principia earum operationum. Quia idem corpus substantiale cum eisdem carnibus, ossibus, et nervis, quod fuerat in vivente, manet postea cadaver: ergo signum est, aliam esse formam substantialem corporis; et aliam formam, qua vivit et spirat.

Prima igitur opinio est Platonis, ut refert S. Thomas 1a parte quaestione 76 articulo 3, quem secuti sunt Jandunus, Philoponus, et Paulus Venetus apud Fonsecam 5 Metaphysicae capite 10, quaestione 17 citati, asserentes, in quolibet homine tres animas realiter distinctas reperiri, aliam scilicet formam rationalem in cerebro, aliam sensitivam in corde, et aliam vegetativam in hepate.

Consentanea est huic 2a sententia quam habemus apud [illegible] asserentis, dari totidem formas, quot gradus vitae in compositis viventibus, plantis videlicet quae gradu vegetativo solum gaudent, unicam formam dominantem, brutis tamen duas, quae sunt vegetativa, et sensitiva; et hominibus tres vegetativam, sensitivam, et rationalem

sed hq dag sentq o'vo falsq th, et ut Pr Suares citatus adstruit partem tutq in fide impugnant ls; q omnes illq operaones sors= hunt provenire ab unica entitate animq ralis in homine, in qua n distinguntur tres aiq, d unica indivisibilis realiter concurrit ad operationes vegetandi, sentiendi, et ratiosinandi; alio= quin anima rationalis, quq superveniret composito sensitivo iam constituto, n potest componere unum per se cum illo, d per accidens, nec homo esset unum realiter vivens; sed tria viventia adequate adequate adequatq adequate adequate adequate adequate adequa distra: mansus oio idem contingeret in equo constituto fr ac sensitiva, si adveniret denuo fr vegetabilis realiter distincta. Impug=

nantr 2o; nam tenentr asserere, qui predictas sententias tuentur, omnes illas tres fras unitas fuisse personalitati divinq, ut Christus Domi= nus vere, et integre dicatur assumpsisse naram humanam; d Pr Scotus in quarto singulari dicunt unam tm fuisse assumptam: q. Deinde vel aia vegetativa, et sensitiva in corpore Christi Domini remansit mansq runt, vel n, si pm erroneum e, q sic Christus n maneret mort= uus, ut pote haberet illas aias. si 2m; q illq aiq in Christo corruptq fue erunt, qd male audit in fide; nam quod Christus semel assumpsit, ut theo= logi cum prologuis, numquam dimisit, quantum vlt ad precipuas par= tes corporis, et aiq attinet. si dicas, illas aias n corruptas, d separatas miraculose ee: contra; namquis audivit in triduo mortis Christi tres aias ee separatas:

Sa secta docet, fras Elementorum, terrq, aquq, aeris, et ignis existere in quolibet composito nali mixto, sive viventi, si vere viventi, preter fras proprias talis compositi, quale e quolibet corpus sublunare: ita Avicenna, Averroes, Simara, inquit Galenus, et plures ex Medicis apud Ch. super Metaphs. tertio, nuro 41. d hec senta oio a Philosophis deseritur, quis n credet in

L.50 ∴ papiro, aut in ligno arido ex fraxigmis, et frasque cum adhuc
longus erat, quod calor intensus, et intensa frigiditas coniungerentur na=
turaliter in eodem subiecto.

Quarta sententia defendit, tot esse formas substantiales in com=
posito realiter distinctas, quot sunt praedicata metaphysica illius; unam, qua compo=
situm ens, alteram ratione substantiae, alteram ratione animalis, et aliam ratio=
ne rationalis. Hanc sententiam tenuere Aegidius Senensis, Henricus de Gandavo
apud Patrem Suarez ibidem, qui improbabilem illam iudicat, et patitur duas
manifestas instantias: prima, quod in qua cumque illarum formarum, quae in
sua entitate est indivisibilis, potest distingui etiam ratio substantiae, ratio entis,
et sic de aliis praedicatis superioribus, et generibus usque in infinitum; ergo praedic=
ta multitudo, et divisibilitas praedicatorum metaphysicorum nullo mo=
do arguunt multitudinem et divisibilitatem formarum realiter dis=
tinctarum; alioqui praedicata metaphysica compositi non solum ratione, sed realiter
distinguerentur.

Secunda instantia, etiam in quolibet composito possunt dari
plures animae realiter distinctae, quae etiam in anima habet plura praedicata metaphysica es=
sentialia, ut ens, substantia, incompletum, receptivum, etc. Sequitur ergo, quod ead=
em entitas realiter indivisibilis plures habere potest rationes formales secun=
dum dictas: ergo frustra, et sine necessitate multiplicandae forent formae rea=
les pro multiplicitate praedicatorum essentialium metaphysicorum.

Quinta
sententia, eaque plausibilior inter scotistas sectae, qui in 4 distinctione
11 quaestione 3 articulo 2 adstruit, formam aliam communem substantialem corporei=
tatis, quam aliqui iudicant, omnibus compositis corporeis viventibus
inesse; alii solis hominibus: asseritque prima illam disponi materiam ad unio=
nem cum forma vivente, eandemque in singulis viventibus perse=
verare post animam corruptam: sic omnes scotistae, et ex nostra soci=
etate Hieronymus Dandinus lib. 2 de anima textu 11 digressione
8 parte 2, ubi ex Aristotele apprime sententiam illustrat, Aegidius

dignis de sacramentis q.ne 7a articulo 9o dubio 7o et unus, vel alterex nostris Patribus, licet non audeant illas aperte defensare; tamen sentias ab inconcussis à meo Magistro didici, et avidus fuis mentis exhausi, quas validissimis propugnati, capite sequentia dicens.

Sexta senta com. inter theologos, et Phos Patres propugnat unicam fram substalem in omnibus spiritibus substalibus; cuius raones ad examen vestris sententiis recensere, et discutere libenit, licet spondeant, se hanc nram sentam manifestis argutiis fracturos et nostram nullius ponderis raone probatam expugnaturos; di iam ad palestram accingor.

Caput 9m

Aliqua scitu digna circa fras corporeitatis prælibamus.

Quanto sit probabilior senta adstruens fram corporeitatis in singulis viventibus materialibus, data probat Praelatus, sed dandi nos tamen pro ex potiore existeemodi fra adverti, inquis, fram corporeitatis in quocumque vivente adstruentis ... quem citat, et in progre... Doctor dicat, in solo hoe illam fram posuit, ... qui, ut inquit, reliqua viventia ut equus, Planta &c producunt ab unico agente, et p unicam mutationem; unde unica fra in illis reperitur; homo autem p duplicem mutationem substalis in illis reperitur, homo autem p duplicem mutationes à duobus agentibus creato, et increato; corpus enim à generante, alia vero à Creatore Deo producatur.

Sed 2a insistat Scotus et nos; nam illæ duæ actiones, vel mutationes ad duas fras inter se subordinantur, et constituunt unum p se. Ergo non repugnat dari

[12 in compositis substantialibus duplicem formam, quae vegetativas, vel sensitivas, et corporeitatis. Praeterea etiam in equo, Plantis et [illegible] dantur duae actiones essentialiter diversae; quarum una ordinatur ad corpus, alia ad animam; et actio ordinata ad corpus, est prior tempore, quam actio ordinata ad animam: ergo in equo, et Plantis debent concedi duae formae substantiales ordinatae ad constituendum unum compositum completum, et [illegible] [illegible].

Advertimus 2°, formam corporeitatis esse heterogeneam, id est constantem ex formis partialibus substantialibus diversae rationis inter se; quarum altera informat carnem, altera sanguinem, altera ossa, et altera nervos; omnesque istae formae partiales constituunt unam formam adaequatam corporis, quae constituit compositum sub ratione corporis, non tamen in ratione viventis; nam illa forma ex se non animat nec perficit functiones vitae, sed quod ad illas tantummodo disponit, caeterum magis conducit ad operationes vitae, nempe ad vivendum, videndum, audiendum, quam forma lapidis; sicut in sententia adversariorum dispositiones accidentales vitae, licet ex se non animent, conducunt tamen magis ad vitam, quam dispositiones lapidis.

Quod autem carni, ossibus, et talibus correspondeat sua partialis forma substantialis diversae rationis probatur; nam primum substantiale, et tale ~~[illegible]~~ accidentium in sententia Philosophorum, ut bene fatetur P. noster doctissimus Cardinalis de Lugo De [illegible] de sacrato Eucharistiae [illegible] non est aliud, quam id quod separat, restaurat, et producit in se talem determinatam collectionem accidentium; at in ossibus, et carne datur primum quod per se diversas sui partes separat, et restaurat, et producit in se diversas collectiones accidentium: ergo in carne et ossibus datur principium substantiale constans diversis partibus diversae rationis: minor probatur, nam quis sensibus nostris poterit denegare, in ossibus et carne esse diversam collectionem accidentium? ergo.

Idem

sicut dicendum esse de omnibus viventibus in quibus praedictas formas partiales distinctas rationes corporis, ut in arboribus, et plantis cernere licet, in quibus manifesta diversitas substantiae in radice, in stipite, in cortice, et foliis, quod etiam distat ex definitione animae viventis, anima vero est actus corporis physici organici, nam anima ex sua conditione, et natura suarum actionum, ad quas ordinatur, exigit illam varietatem substantiae organicas in partibus formae corporeitatis.

Advertimus 5°, easdem numero formas a nobis poni in embrione, in vivente, et in cadavere; ita quod licet tres formae in sententia adversariorum solum in ratione corporis nullo modo a nobis distinguantur, sicut verificatur dictum, et placitum Patrum, qui passim dicunt, idem corpus Christi Domini fuisse receptum in visceribus beatae virginis, idem cum idem in sepulchro, et in Eucharistia sacrato idem residere; et quamvis aliquot partes materiae illi fuerint adiectae naturali nutritione, aliquas tamen partem materiae illius corporis assumpti fuisse deperditam, et contra nullam partem formae corporeitatis amissam, censet, et probat Eruditissimus Ioannes de Roca parte 1. de praerogativis Deiparae in ...

Sed ne in vanum loqui videamur, in primis probo, formam substantialem Embrionis perseverare in vivente; quia si non perseveraret, accedente forma viventis, illa forma Embrionis expelleretur per easdem causas, a quibus introducta fuit in materiam, quod naturaliter repugnat: ergo forma Embrionis perseverat in vivente. probo antecedens, quia causa producens formam Embrionis est illa quae disponit materiam ad formam viventis; sed eadem causa expelleret formam Embrionis, introducendo formam viventis: ergo eadem causa produceret, et expelleret formam Embrionis.

Si autem dicas, naturam debere expellere formam embrionis,

[34in. q̃a nequeunt simul in ma̋ existere duę fr̃ę: 3ᵃ ẽ; nam ex nu-
llo capite repugnat, illas duas fr̃as simul existere subordinatas
inter se ad cõstituendum adęquatẽ cõpositum. Sed advertas, brevi, ad-
venientem fr̃a viventis, deperdi solam extrinsecam denotationem,
q̃m dicit embrio; denominatque post modum fr̃am corporeitatis.

Dico 3ᵒ,
eandem fr̃am, quę prius extrinsece denotabat embrionis, et postea
corporeitatis in vivente, in cadavere tamen, denominabat cadave-
ricam, q̃n in hõe mortuo alia fr̃a cadaveris introducatur dicta
ã fr̃a substãli corporeitatis, quę in vivente, et in embrione resi-
debat: et ratio ẽ, q̃a ex nulla pr̃ia potest inferri, diversam ẽẽ car-
nem corporis viventis, diversa ossa, et nervos a carnibus, ossibus,
et nervis corporis emortui, ut ex ipsorum sumũ experientia
patet: sic et concors ẽ, sñus PP. m. Lyceticę asserentium, idem cor-
pus Christi, q̃d iacuit in sepulchro, idem resurrexisse vivum,
nõ ĩ idem corpus s̃m solam externam figuram; sed s̃m fr̃am substã-
lem corporeitatis &.

Advertimus, hanc vocem vivens, triplici-
ter decipi posse: 1ᵒ pro vivente radicaliter, et quasi in actu 1ᵒ
ut homo, licet nullum actum eliciat, dicitur vivere, pro solam
unionem aĩę habentis existam in potẽa. 2ᵒ sumitur actualiter
pro habente nõ solam fr̃am vivendi, sed etiam pro habente actum
vitę. 3ᵒ potest sumi pro corpore substãli, et organico aĩato, ut sa
ab Aristotele definitur, et de facto datur; in hac 3ᵃ acceptione loqui-
mur; quare vivens ẽ concretum, q̃d nõ solam dicit corpus, nec aĩam
viventem; sed insuper dicit hãc aĩam, ita dispositam, et organicatam
fr̃a corporeitatis.

Unde nõ renuant concedere, hoĩem (sicut, et alia
viventia) ẽẽ plura composita, seu concreta partialia, quorum neutr-
um sit homo adęquatẽ; sed solum inadęquatẽ; cum manifestum sit,

fioem constitui ex corpore, et aīa; et raone corporis erit decretum
mortale partiale, et raone aiæ erit aliud similiter partiale, quæ
quidem subordinata inter se unum compositum adæquatum, et ulti=
mo completum constituunt.

Caput 3m

Philosophica argumenta pro fṁa corpo= reitatis depromit.

Duo ex præcipuis hostibus, qui acriter in fṁam corporeitatis in=
vehuntur, ut illam improbabilem reddant Doctores Thomistæ sese ibi
ba Pr. Ferre adstat, nec minimus noster Cardinalis de Lugo; relatus, quocum
speciatim nobis erit colluctatio: hanc nostram sententiam validissimo
raonis pondere, tum theologico, tum philosophico firmare possumus:
incipiamque a philosophicis raonibus.

Probatur 1o; in hoc quamplurima acc=
identia dantur, quæ nequeunt radicari neque mate, neque immediate in aīa;
di illa accidentia neque radicantur in mā; siquidem ex se illa accidentia
non petit: ergo in aliqua fṁa substantiali radicari debent. minor est certa;
probatur maior, quia gravitas corporis, durities ossis, et tenere itudo car=
nis ab aīa non procedunt: ergo a fṁa corporeitatis. Probatur 2o, corpus homi=
nis ab aīa... unum est corpus completum, et abilitum prius omnium operaonum
corporearum quas potest producere quæcumque entitas ex parte spiritus;
... non completur in raone corporis per aīam raonalem, quæ spiritualis, et
incorporea est, neque per alam... quæ ... completa est: ergo per aliam fṁam
substantialem completur.

3o viventia corporea constantur ex corpore, et aīa;
... nōe corporis non intelligitur sola mā, ergo intelligitur materia
informata per formam corpoream. probatur minor iuxta
communem sensum, usum loquendi, ipsius Ciceronis.

11 § 5º de tusculanis l. c. 5º et Philosophorum; quia viventia dicuntur constare corpore, et anima, ipositaque non viventia non dicuntur constare ex corpore, et forma; id solum ex materia, et forma: quia nomen corporis non intelligitur sola materia, sed etiam forma corporeitatis

4º ex una, et eadem collectione accidentium inferimus unam, et eandem formam substantialem; sed in embrione, corpore vivo, et cadavere datur eadem collectio accidentium: ergo et eadem forma substantialis corporeitatis, cui talia accidentia debeantur. maior patet, quia illud est principium, unde colligitur, dari formam substantialem: minor diligenti medicorum observatione, et Anathomicorum experientia est aperta; nam omnino eadem accidentia corporis viventis, et mortui: quis autem sensus falli potest, quando accidentia oris humani cernit, in cadavere post centum annos eadem esse, ac quae in vivente prius cesserunt, et accidentia cedri post mille annos perseverare incorrupta ergo.

5º Si materia organicata, sive disposita in formam capitis, cordis, cerebri, etc. non potest provenire a solis accidentibus: ergo materia ante adventum animae disponitur forma substantiali: antecedens probatur, nam cor differt a capite: ergo ea diversitas non provenit a solis accidentibus: ergo a forma corporeitatis substantiali.

Sexto: ossa, caro, et nervi animalis teste inferentur anima rationali, non minus differunt inter se, quam aurum, argentum, et ferrum; sed haec differunt specie substantialiter, id est quoad formas substantiales inter se: ergo etiam ossa, caro, et nervi habent suas formas saltem partiales substantiales, per quas differant specie inter se.

Septimo, quando occidit vivens, tunc nulla introducitur forma substantialis; sed tunc manet materia sine forma, quod providentia saltem Dei: ergo permanet forma, quae antea erat in materia. antecedens probatur, quia nulla est causa efficiens, quae producat tunc talem formam, per quam quandam homo fugiens trans-

sequitur fugio non habet virtutem producendi formam tactam stem[?] minime. Ergo.

Octavo: sequeretur quod quaelibet pars hominis esset homo, v.g. manus esset absolute homo, caput esset absolute homo; sed hoc non est dicendum, siquidem homo distinguitur distinctione includentis ab incluso a singulis partibus integralibus. Ergo debet admitti forma corporeitatis. Consequentia probatur, nam partes informent diversas partes hominis. Maior probatur, quia homo nihil aliud erit, quam materia et anima rationalis unita; in manu vero dantur materia, et anima rationalis unita; in capite, in cerebro similiter. Ergo manus erit absolute homo, et caput erit absolute homo.

Vltimo probatur, caro viva, et mortua univoce conveniunt in ratione carnis: ergo ab eadem forma denotatur caro, dum vivebat animal, ac denotatur, quando est mortuum; sed haec forma nequit esse forma viventis, quae corrumpitur mortuo animali. Ergo debet esse forma corporeitatis. Praeterea caro mortua est vera caro; nam propterea illarum in ieiuniorum, idest ab ecclesia prohibetur diebus quadragesimalibus, secus autem in qua unque die ieiunii ab ecclesia prohibita caro posset licite comedi; nam fideles non comederent potius carnem ovilam, bovilam, aut porcinam, quam comederent ferrum, lignum etc.; solum enim materiam formam ovis, bovis, et possiderent, quae non est minus materia istorum viventium, quam materia ferri, ligni etc.

Rursus, quis non dicet, carnem non dicere aliud, quam animam et accidentia quae ridiculum sit habendum homo carnes comedens, nihil eorum edat praeter materiam formam, et accidentia et dum comedit panem in senta adversorum aliquid substantiale comedat. Ergo sicut in pane non solum dantur materia, et accidentia, sed etiam forma substantialis; ita similiter in carnibus eadem substantialis forma debet adstrui.

Hinc scies 1°

 ut iustas adversarius dilluas, et praedicta pro nostra senta quasi philosophica confirmentur, et altas radices emittant. licet si verum sit, quod aïa brutalis in se formaliter non sit capax vegetandi, virtualiter tamen, et eminenter possit producere vegetaonem, mediis accibus, adhuc m.a. tan cum illis ē in completa in raone corporis, et capax ulterius compleri per aliud corpus: ergo ut in raone corporis compleatur, debet habere aliam fram corpoream, non obstante aïa jam recepta; nam si ex aliquo capite impedire rer illius forma, esset eductio maxe, quia haec m.a. eret completa; ergo si mediis accibus in raone corporis in completa ē, completur utique per fram corporeitatis.

Scies 2o; fram corporeitatis eē radicem omnium accium, quae reperiuntur in cadavere; unde licet deficiant calor, et color lividus, adhuc persistit fra illa cum reliquis accibus, quae illi debentur; calor enim, et color lividus illi non debentur, nam per accidens est ad fram carnis vegetatis, quae reperitur in vivente, quod habeat illum calorem, aut colorem, vel non habeat; sive sint dispositio ad aïam, sive sint passio proveniens ab aïa.

Scies 3o; illa accia, quae sunt in cadavere, non fuisse relicta a fra praecedenti viventi; nam propria sunt illius fre corporeitatis, quae ē in cadavere, et nequeunt corrumpi nisi fra corrumpatur; licet verum sit, quod per aliquod tempus duret in cadavere calor, et color, ut pote accidentia frae viventis; sicut in cinere accia ignis, ut calor, et siccitas aliquantulum perseverant.

caput 4

theologicis funtis fulcitur nostra senta

Primum fundamentum nostrae opinionis theologicum sit; corpus in raone talis dicit aliqd entitatem praeter materiam formam; sed hoc negavit eē aïa rationalis, neque aliud aliqd praeter fram corporeitatis: ergo corpus dicit

essaliter per dictam formam: probatur maior, quia in sacra Eucharistia ex vi verborum Consecrationis, sub accidentibus panis ponitur corpus substantiale humanum Christi Domini; quod ponitur anima rationalis ex vi verborum, ut est fide constat ex Tridentino Concilio sessione 13 capite 4, et canone 2. neque ponitur sola materia cum accidentibus, quia materia non est corpus substantiale humanum potius, quam belluinum, aut lapideum: ergo ponitur ex vi verborum forma corporeitatis.

Dices, poni ex vi verborum materiam organizatam cum accidentibus. Contra est, quia non daretur conversio substantialis, sed accidentalis in Eucharistia, quia non transiret substantia panis in substantiam corporis Christi, sed substantia panis transiret in accidentia corporis Christi, et consequenter non transubstantiatio, sed transaccidentatio diceretur: ergo non ponitur materia cum solis accidentibus: patet antecedens, quia actio illa transsubstantiativa nequit terminari ad accidentia; sed necessario terminari debet ad aliquod substantiale; ideoque conversio eucharistica transsubstantiatio dicitur, quia destruitur substantia panis, et ponitur substantia corporis Christi; sed materia cum solis accidentibus non est substantia corporis Christi: ergo ex vi verborum non ponitur sola materia cum accidentibus; siquidem non potius erit materia Christi, quam materia lapidis: materia non distinguuntur specie substantialiter per accidentia; sed per aliquam formam substantialem: ergo si ponitur ex vi verborum substantia corporis Christi potius quam substantia lapidis, per formam corporeitatis debet a lapide discerni.

Primo Confirmatur; quia transsubstantiatio petit de ratione tamquam terminum a quo substantiam unius compositi, quae ita proprie sit substantia panis, ut dicat formam substantialem per quam non potest esse, neque cum veritate dici substantia alterius compositi, ut concedunt ipsi adversarii: ergo terminus ad quem petit ita proprie esse substantia corporis Christi, ut dicat formam substantialem, quae ita proprietalis sit, ut nequeat dici substantia alterius compositi belluini, aut lapidei

2º Confirmatur; corpus, ut corpus est, pertinet ad essam hominis; sed accidentia m. quae non pertinent ad essam hominis: ergo corpus ut corpus est non dicit in suo conceptu essaliter accidentia, sed formam substantialem: ergo ex vi verborum in Eucharistia ponitur forma substantialis, non tamen accidentia.

3º Confirmatur; si Ostia consecrata a Christo in Cena permansisset per triduum suae mortis in pixide, utique permansisset eadem numero substantia ibi producta, et contenta sub speciebus panis; sed non permansisset corpus vivum, quia Christus erat mortuus tunc: ergo corpus mortuum permansisset: modo sic, quae accidentia non ponuntur in Eucharistia ex vi verborum; probo consequentiam; quia ex vi verborum non ponuntur accidentia formae cadaveris; insuper accidentia formae viventis non manerent in illo cadavere: ergo illud corpus cadaverium Christi Domini, quod permansisset, non diceret materiam cum accidentibus, sed formam substantialem, quam antea habebat, dum ibi productus fuit sub speciebus panis. Praeterea si Sacerdos, vel dicunt Apostoli, intra dies mortis Ostiam consecraret, ex vi verborum non poneretur forma cadaveris in sententia adversariorum, sed non ponuntur accidentia m. ut probatum est; ergo sola materia poneretur, sed hoc non est dicendum: ergo poneretur sub forma corporeitatis.

Quarto confirmatur; ex vi verborum debet poni corpus Christi substantiale; sed materia organicata cum accidentibus non est corpus Christi substantiale: ergo. probo minorem; materia organicata substantialiter concretum substantiale, quod essaliter, vel in recto, vel in obliquo dicit formam substantialem tanquam sui partem essalem; sed materia organicata cum accidentibus ut potest concretum accidentale, non dicit essaliter neque in recto neque in obliquo tanquam sui partem essalem, formam substantialem, sed accidentales: ergo illa materia non est corpus Christi substantiale. Et ut vim rationis capias, reddatur nunc omnis organitatis accidentalis imperfecti, quod ergo tunc poneretur in Eucharistia ex vi verborum, sola materia? minime; quia sola materia non est corpus substantiale proprium Christi; licet materia in se nam materia sola quod ipsa sit in se aliquid substantiale, et sit corpus, non est potius corpus Christi, quam corpus hominis, vel equi.

sit qd substale, et sit corpus: ergo poneretr Christi corpus, qd e. decre-
tum substale afferens in aa organicatam substalitr, et decretum
substale essalitr dicit fram substales: ergo.

Sed confirmatum e. Pislonine
citati, si ma accepisset nobam fram in morte Christi Domini,
sequeretr, qd vere, et realitr corpus, et caro Christi fuisset corrupta
in sepulcho; at hoc n. e. dicendum, hoc atestante divo Petro
Actorum c. 2o nuro 27, neque caro eius vidit corruptionem: ergo
inducta fuit de nobo in ma Christi fra cadaveris, quae corr-
umpenda esset ois presurrectionem Christi Domini: ergo mansit
in morte Christus cum eadem fra substali corporeitatis, quam an-
tea habebat: probatr sequela; quia illud vere, et proprie in rigore
phico corrumpitr, quando ma spoliata aliqua fra transit ad aliam
fram habendam; si ma Christi spoliata fra cadaverica, quam haberet
in sepulcho, transiret ad habendam aiam ralem Christi: ergo vere corr-
umperetr corpus, qd iacuit in sepulcho.

Respondet Arluzo citatus,
ideo dici corpus Christi Domini incorruptum, sicut et alia corpo-
ra sanctorum; quia n. abiit in cineres, et vermes. Sed 2o a, quia si denuo in-
troduceretr fra cadaverica, vere, et proprie cadaver Christi fuisset
corruptum; nam ideo reliqua corpora dicuntr corrumpi, quia destruit-
itr illorum fra cadaverica, et ma transit ad fram cineris, et
vermium habendam: ergo si transiret ma Christi emortua ad haben-
dam fram aliam viventis, vere, et proprie eius corpus corrumperetr;
et conentr amisisset verbum divinum qd semel assumpsit.

Confirmatum
sit de propositum ex coi consensu PP. Ecclesiae attestantium, ut
de 2o breviter adnotavi, corpus Christi Domini, qd mansit in se-
pulchro, in caelos ascendisse: item qd in pabulum se in Cena
Apostolis dedit, qd perpessum fuit verbera, qd patrabit miracula

1.62 quod susceptum fuit ex Virgine, et pependit in ligno, idem ipsum in sepulchro iacuisse? Videatur obsecro subtilis Scotus, qui eruditissime in 4 distinctione 11 articulo 2o quaestione 3a allegat pro sua, et nostra sententia S. Ambrosium, S. Leonem, S. Augustinum, S. Fulgentium, qui omnes expressis verbis ad nostram mentem loquuntur: videatur etiam Pater Egidius Lonine, et Pater Joannes Baptista supra iam relatus, in quo innumera testimonia sanctorum Patrum invenies.

Ast Pater Arriaga inquit, plurimae partes corporis Christi amissae fuerunt per nutritionem: ergo sancti Patres solum loquuntur moraliter non phisice. Sed contra est, quia phisico rigore accipi possunt testimonia sanctorum Patrum; nam Pater Suares tomo 2o in 3am partem De 1a sessione 2a sic ait, potest facile credi, illam substantiam carnis, quam Christus assumpsit ex Virgine, nunquam fuisse omnino dimissam, et multis Medicorum argumentis comprobatur, aliquas partes illius materiae primitivae toto vitae tempore permanere incorruptas; quia anno quadragesimo, et quinquagesimo vitae solent erumpere morbi hereditarii Parentum: ergo non solum moraliter, sed phisice idem corpus Christi, quod pependit in ligno etiam in sepulchro iacuit.

Caput sextum

Nostra sententia a calumniis vindicatur.

Opponunt primo; si daretur in homine alteratio forma corporea praeter animam rationalem, homo esset ens per accidens; sed hoc est falsum: ergo. maior probatur, ens per accidens resultat ex ente completo, et alio ente superaddito; atqui materia cum forma corporeitatis esset ens completum, et superadderetur anima rationalis: ergo resultaret ex illis ens per accidens. Confirmatur 1o; materia sola compleretur per formam corporeitatis; sed ens completum non potest ulterius componere, et efficere unum per se: ergo.

Confirmatur 2o; quia si materia non compleretur ultimo per formam corporeitatis, non posset persistere, absente anima rationali; neque aliquo modo habe

sum poterit perxistere absque aia vegetativa; cum eque ultimo completum sit, ac ferrum: ergo. probatur sequela; quia sicut materia non potest exsistere absque omni forma, quae est incompleta, sic etiam non poterit existere cum forma corporeitatis, quae etiam incompleta est. Confirmatur 2o; eo ipso, quod materia posset recipere simul illas duas formas, non posset naturaliter existere absque utraque; hoc non est dicendum: ergo. probatur maior; si simul posset recipere illas duas formas, neutra sola satiaret appetitum eius, neque compleret illius incompletionem; at per quamlibet satiatur eius appetitus, et satis completur: ergo.

Satisfit argumento negando maiorem; ad probationem omissa maiori negando minorem; materia cum forma corporeitatis non esset ens completum, sed incompletum absolute; licet per quod diceretur completum; quia adhuc materia illa ordinaretur ad accipiendum ulterius complementum substantiale in ratione viventis; neque hinc sequitur resultare duo composita adaequata; sed duo tantum partialia, substantialia subordinata ad constituendum compositum praedicamentale adaequatum.

Ad 1am confirmationem distinguitur maior; compleretur per formam corporeitatis ultimo, nego maiorem: non ultimo, concedo maiorem: et similiter distinguitur minor: itaque datur in materia ultimum complementum, et non ultimum, seu perfectibile, quod appellamus formam corporeitatis, et haec destructa permanet illa: unde non repugnat, materiam sub forma imperfecta, et ex se ulterius perfectibili admittere maiorem completionem, et effici cum forma partiali vitae. ad quam ex natura sua ordinatur.

Ad 2am confirmationem negatur antecedens; et falsum est, quod lignum abscissum sit completum omni perfectione, quam habebat, dum erat sub forma vitae; lignum non potest perfici ulterius; ferrum autem in suo esse ulterius non perficitur per aliam formam substantialem: ad sequelam

164 Omitto qd mā ñ posset existere connatiter absque omni fmā; bene tamen potest existere sine omni perfectione, quam habere potest per aliam fmām ad quam ultimo ordinatur. Ad 2um nego minorem: ad probationem, concedo, qd una sola fmā ñ satiaret appetitum illius mē, neque repleret illam; adhuc tamen sine alia fmā posset existere naliter contra nostra principia; sic aqua habet appetitum ad frigiditatem, et tamen potest naliter existere quando ē calida, quin habeat frigiditatem.

Opponunt 3o fere innumeri authores; fmā corporeitatis superfluit, quia absque fundto, et rone ōnē adstruenda; cum ñ sint multiplicandæ fmæ in compositis naturalibus absque necessitate: probant ants, quia si aliqua rō urgeret, maxe varietas dispositionum, et organizationum; sed ista varietas potest sufficienter origi ab aīa, ut evidens ē; nam aīa petit ipsam varietatem dispositionum saltem mātē: quæ ab ipsa aīā proveniunt, quin intercedat alia fmā corporeitatis: quæ hæc superfluit.

Sit satis, respondendo, ñ multiplicari a nobis fmās absque necessitate; nam experientia, et rones capitibus præcedentibus allatæ nos cogunt ad illam asserendam. Præterea fmā cadaveris ab adversariis asserta superflua ōīo ē, et absque necessitate multiplicata; nam contra apertam suam experientiam probatur idem corpus, qd fuerat in vivente, manere in vita functo, in alia fmā de novo introducatur; quo in sentª adversariorum aliqua fmā multiplicatur absque necessitate.

Si dicant, illam fmām cadaveris necessariam ēē, ne mā maneat naliter sine omni fmā: contra ē; quia si mā fuisset cum fmā corporeitatis, ñ erat opus introducere denuo illam fmām cadaveris. Unde potiori iure admittenda ē nostra sentª, quam adversariorum; nam nostra pauciores fmās substales admittit in

generaone omnium viventium; admittit n. duplices frãs
subtales, nempe frãs corporatis, et aĩãs, ex qq. resultat unica
frã adequata: senta autem opposita tres frãs adequatas admi=
nimus debet admittere, nempe frãs Embrionis subtãles, quę
prcesserit in m'a, deinde frãm viventis, et demum frãm cada=
veris: gº raone multiplicitatis frarũm verior nostra sentaẽ.
Si dicant,
se illas tres frãs successive tantum adstruere, n. vº simul; q.
unam tantum admittunt existentem adequatam ẽt in m'a:
veo Zo, etiam nos admittimus unam tantam frãm adequatam
ex duplici partiali cflatam: gº n. multiplicamus frãs: cur=
sus perfectius erit cpositum, qd mutationibus pautiori=
bus ex ponatr; d in nostra senta cpositum cs humanum
pautiores, imo nullam mutationem plicam frarũm nec=
e dentium admittit. gº perfectius a nobis cpositum astruitr.
Oppon=
unt; generatio unius frę ẽ corruptio alterius frę, et eã:
gº quando generatr aĩa vivens, debet corrumpi frã Embrio=
nis: gº etsi sitr destructa aĩa viventi, debet generari
de novo alia frã subtalis, vlt frã cadaveris: alioquí
corruptio unius n. esset generatio alterius, et eã. gº frã cor=
poratis n. remanet simul cum frã vivente; nec destruc=
ta hac, potest illa perseverare.
Retr distinguendo ans;
generatio unius frę ultimo cplentis se sola ẽ corruptio al=
terius; cedo ans: ultimo cplentis simul cum alia frã ẽ
corruptio illius cum qua cplet, nego ans: sc. litr corruptio
unius frę ultimo cplentis se sola ẽ generatio alterius,
n. vº corruptio unius frę, quę cplet in csortio alterius, ẽ gen=
eratio illius: itaque adveniente frã vitę n. destruitr

 fra Embrionis, id est fra corporeitatis; et anima simul cum illa ultimo complet compositum adequatum: nec destructa fra viventi, introducitur alia de novo fra cadaveris; quia fra vivens non est per se sola ultimo complens adequatum compositum: unde ad absentiam animae, remanet fra corporeitatis, cum qua componebat ultimo unum compositum prius.

Opponunt 4; eo ipso quod in eodem composito dentur duae aliquae formae, si una est substantialis, altera necessario est accidentalis: ergo duae formae substantiales nequeunt in eodem composito reperiri: antecedens probatur; quia fra substantialis ex conceptu substantiae habet esse primam radicem, non effectivam, sed finalem eorum omnium, quae in composito existunt; itaut omnia propter talem formam substantialem a natura intendantur; sed fra vivens, ut substantialis est prima radix finalis: ergo fra corporeitatis erit accidentalis, siquidem propter formam viventem a natura intenditur: ergo fra corporeitatis non erit substantialis; sed accidens; alioqui darentur duae primae radices.

Rnetur illas duas formas esse duas primas radices partiales, et substantiales, mutuoque incompletas, quae constituunt unam primam radicem adequatam; non quod altera sit alterius prima radix, quod necessarium erat, ut fra una esset substantia, et altera accidens: itaque utraque simul est primaria, et radix reliquorum, quae in composito stant, et eo ipso utraque simul substantialis esse debet. Haec est pro opposita sententia tela, quae in formas corporeitatis venenata ingrediunt; sed adhuc contra praedicta non occumbit, nec oppositae sententiae herbam porrigit nostra sententia

Disputatio 3a

an plures formae inter se non subordinatae possint supernaturaliter introduci simul in eandem materiam?

caput 1m

qua raone n̄ possint naliter simul recidere in m̄a existenti de facto duæ f̄ræ n̄ subordinatæ p̄ræmittitr.

De duplici f̄rā ultimo c̄plente m̄ āon, p̄ȝ de f̄rā equi, et f̄rā leonis quæstio præsens versatr, utrum p̄t duæ f̄ræ ultimo c̄plentes, n̄ subordinatæ inter se substāles absolute adequatæ possint in eadem m̄a de p̄otiā Dei absoluta simul introduci: ad cuius ex... p̄editionem noto 1º, dupliciter posse iudicium ferri de præsenti quæstione; 1m ē, an eadem m̄a possit de p̄otiā Dei absoluta; seu supernalitr recipere media unione, duplicem f̄rām substāalem simul, v.g. duas aiās rationales? 2m ē, an supernalitr possit m̄a duas f̄rās simul substentare, et causare nalitr, v.g. f̄rā equi, et leonis; huic duplici difficultati satis ā nobis fiet: ubi advertendum ē, posse procedere hanc duplicem difficultatem, tam de m̄a, et f̄ris p̄o̊ibus, q̄ de m̄a, et f̄ris de facto existentibus.

Noto 2º; ex variis capitibus potest provenire, qd duæ f̄ræ substāles adequatæ in eadem m̄a repugnent simul. primo provenire potest ex eo, qd f̄ræ incompatibiles sint inter se raone suarum entatum, ita ut licet subiectum sit ex se capax illas simul recipiendi, et dareter virtus in agente nālē ad illas simul introducendas quantum ē ex parte sua; adhuc tamen inter se pugnent ex nāra sua, et in eodem subiecto nequeant simul c̄pati.

2º. provenire potest duarum f̄rarum repugna in ordine ad idem subiectum raone dispōtionum contrariarum, et inter se pugnantium, quas illæ f̄ræ exigant. unde licet raone suarum entatum n̄ se mutuo perimant duæ f̄ræ; attamen, si quælibet petat dispōtiones oppositas dispo=

168. nibus alterius, ratione dispositionum illæ formæ incompatibiles redduntur simul existere in eodem subiecto.

3o; provenire potest incompatibilitas formarum in eodem subiecto ratione incapacitatis ipsius subiecti, quia adeo exiguæ, et limitatæ virtutis, et potentiæ sit, ut simul nequeat duas formas recipere, aut sustentare; unde etiam ex hoc capite oritur repugnantia formarum, licet nullam aliam incompatibilitatem inter se habeant. 4o: incompatibilitas duarum formarum provenit in eodem subiecto defectu virtutis agentium naturalium, quorum nullum possit duas formas simul in eandem materiam introducere; licet ex aliis capitibus repugnantia non detur.

Hinc asserendum est, etiamsi una ex illis causis supponatur aliquo modo producta ab aliqua tertia causa, v.g. Deo, repugnat supernaturaliter praedicta mutua causalitas: contra Complutenses, et Oviedo, et pro illa doctissimi stant, quae quidem probatur eisdem rationibus, ac praecedens assertio. Sed respondet Oviedo, si ignis A supponatur productus a Deo per actionem adaequatam, et in eodem instanti producat ignem B, posse tunc produci ab igne B per aliam 2m actionem; nam tunc ignis A esset prior, et posterior causa alterius ignis per eandem actionem, et prior causa ignis B per 1m actionem, qua productus fuit a Deo, et posterior causa ignis B per 2m actionem, qua producitur ab illo.

Sed contra est: quia licet ignis A praesupponatur productus a Deo, adhuc eandem vim habent rationes adductae; quia actio, qua ignis A producit ignem B, supponit priorem natura ignem A; et talis actio supponeret etiam priorem natura ignem B, qui est causa ignis A: ergo illa actio supponit anterior ad se ipsam, ut productum, terminum producendum; et consequenter effectus est prior natura sua causa, et haec posterior.

Tertia assertio sit; duae causae quoad 2m esse, seu conservari, non possunt supernaturaliter in eodem genere conservari: quia in nullo instanti, in quo causa influit, vel producendo, vel conservando physice effectum, potest effectus influere in causam eodem modo causalitatis, ut recte probant rationes adductae; alioquin actio conservativa supponeret anterior ad se ipsam, ut conservatum

effectum conservandum; siquidem esset ille causa suam causam conservans.

Dices; manus fricatæ se mutuo calefaciunt; Carbones accensi se ad invicem fovent, ac conservant: ergo. Resp. manus non se calefacere mutuo, sed per motum evocari sanguinem in partes extimas manus, quo sanguine calefiunt. Item Carbones accensi non se conservant per influxum utriusque, sed quatenus resistunt contrariis; quia virtus unita fortior est se ipsa dispersa; et facilius destrueretur calor, si essent Carbones divisi.

Caput 3m.

nec in diverso genere duæ causæ se ad invicem causant.

Quam plurimi Authores per seXtim thomistæ licet resolutioni præsedentis capitis suam fidem obligent, opinantur tamen, nullo modo repugnare, quod duæ causæ se mutuo causent in diverso genere quoad fieri, vel quoad esse: nos vero cum selectiori Rbm acumine, consequamur, nec de potentia Dei absoluta id posse contingere, si proprie loquamur de causis phisicis realiter existentibus inter se comparatis in diverso genere; non tamen de causis intentionalibus quæ comparantur inter se, aut cum causis realibus.

Primo certum est, quod causa finalis, et exemplaris, cum non petant realiter existere ad causandum; possint se mutuo causare; si enim Artifex imaginem delinearet propter finem, videlicet, ut alia imago illis a discipulo fieret; tunc imago Magistri esset exemplar imaginis discipuli, et hæc imago esset causa finalis illius depictæ a Magistro.

Ulterius 2o, inter finem, et causam efficientem potest dari mutua causalitas; Medicamentum est causa efficiens sanitatis, et sanitas est causa finalis medicamenti.

Quapropter nostra resolutio sic suadetur.

2.º rationibus in causas physicas in eodem genere se mutuo causantes capite praecedenti allatis. Secundo, quoties aliquod genus causandi requiritur essentialiter ad aliud, id quod requiritur, est prius natura illius, ad quod requiritur; ergo si ad causalitatem, qua anima verbi gratia efficit, et producit aliquid, requiritur essentialiter causalitas materiae, causalitas materiae, licet diversi generis praecedet natura caulitatem efficientem: ergo in eadem causantem efficienter, et materiam materialiter causantem implicat mutua causalitas.

Tertio, omnis causa physica cuiusvis generis requirit existentiam physicam ad causandum effectum: ergo si in eodem instanti, in quo causat physice effectum (sive producendo, sive conservando) sit ipsa effectus eiusdem effectus, existet, et non existet prius ad causandum; et consequenter effectus existet, et non existet realiter.

Respondent ad hanc rationem adversarii, causam praesupponi ad effectum, ut existentem, non vero ut productam, unde causa materialis potest praesupponi, ut existens ad effectum, licet ab eo efficienter producatur. Sed contra est; quia inde sequeretur, quod non admittunt adversarii, non implicare mutuam causalitatem in eodem genere; siquidem ignis A potest praesupponi, ut existens, non tamen ut productus ab igne B, qui potest influere in ignem A in eodem instanti, in quo efficitur. Praeterea quidquid est causa physica existentiae requiritur a priori ad existentiam: ergo si effectus causae esset causa physica existentiae suae causae, ille praesupponeretur ad existentiam suae causae; et per consequens pro eodem instanti existeret, et non existeret.

Sed obiicitur 1º, materia causat formam, ut causa materialis, et ab illa causatur in genere causae formalis: ergo datur mutua causalitas in diverso genere causae physicae. Secundo, forma pendet a materia tanquam a causa materiali, et materia pendet a forma tanquam a causa formali: ergo. Tertio, actio causat efficienter terminum, et causatur materialiter a termino, in quo recipitur: ergo. Quarto, ignis producit in se calorem efficienter, et a calore ipso redditur calidus in genere causae formalis: ergo.

Ad 1m negabis ans quoad 2m partem, licet n verum sit, qd m a 2 causet maliter frām corpoream; ē oio falsum (ut meum indicium proferam) frām causare m am in genere causę fralis; nam fra solum ē causa fralis vu 3positi, n vº v a materię. Ad 2m nego ans quoad 2m partem; m a n pendet á fra, n á priori, et intrinsce tanqm á causa; d solum á posteriori, et extrinsce tantm, ut ex solo decreto extrinseco Dei; ut ex De quinta libri 1i tractu 2o colliges: ubi adverte, n sufficere quancunque dependeam mutuam, ut duę entitates se mutuo causent, ut capite 9o dixi; d dependeam causalitatis narió requirit. Ad 3m nego, qd actio causetr á tro maliter; nam si actio eductiva ē, n recipitr in tro ut fra, sed in subto oīē, et á subto causatr maliter: si tn creativa sit, recipitr in tro, ut in subto informationis, n vº ut in subto passivo. Ad 4m nego, qd ignis causetr á calore fraliter, frá m n causat subtum; d totum 3positum.

Caput 4m
an aliqua entitas possit ēē causa sui ipsius declarat.

Ex dictis facilis ad pręsentem difficultm panditr aditus; et licet procedit ēē quamlibet causam phicam, pręcipuus tn sermo ē de causa phisica efficenti, nam certum oio ē, causam malem, aut fralem, n posse seipsam cuasare etiam supernaliter; siquidem repugnat causam malem phisice seipsam recipere, aut pati; et causam fralem se ipsam 3ponere, aut infrare: quare potest 3sīderari causa effic: ens quoad 1m sui ēē, seu productionis in 1o instanti, vel quoad 2m sui ēē, seu 3servari in subsequentibus instantibus: quoad 2m sui ēē extra 3troversiam ē, n posse etiam divinitus aliquam entitatem se ipsam 1o producere; sic con cors DDm senta; licet n defuerit falsa, ne dicam vecors alicuius Resentioris mens, quę oppositam sentam

212 in publicas scholas futili, et inani raonis larva intrudere praesumpserit, cuius funta oppugnare, otiosum e, illaque relegare, narium.

Atque ad 1um ee non adeo certum e, ut inter viros doctos non subeat maximum dissidium: in primis Pr Suar thomo 3o in 3m partem D 50 sece 4 docet, de facto christum Dominum seipsum phisice, et vere producere in Eucharistia p 1m actionem adaequatam, quem sequuntur Egidius de Conink, et in re philosophica Pr Arri. Secunda senta negativa e valde familiaris, quam tuentur Pr Vasq, Pr Cardinalis de Lugo D septima de sacramento Eucharistiae, sece 2a, ubi acriter in oppositam sentam invehitr; docenti igitr, repugnare divinitus causam se ipsam secundo producentem, vel servantem: haec senta adeo evidens censetr, ut contrariam, perpensis solum raonibus, et non authoritate extrinseca, nullo modo probabilitate consistere, nobis persuasum sit; imo, et in eo errare illius fautores procedere, indicatr; nunquam n. confirmare potuimus, qd nihil possit se ipsum 1o causare x.a sentam adversariorum, et inde 2a productione, et servatione possit affirmari oppositum.

Qua propter probatr 1o nostra resolutio; de raone causae phisicae, et realis e dicere relaonem realem ad effum; sed nihil potest dicere relaonem ad seipsum: ergo nihil potest ee causa sui ipsius: maior admittitr ab omnibus, imo ab ipso Suares, de cuius consequentia, quando concedit, aliqd posse se ipsum producere, ego non curo: minor probatr, ideo nullum subiectum potest se ipsum recipere; et nulla fra se ipsam informare, quia tam recipere, quam informare dicit realem relaonem ad aliud: ergo ex conceptu relaonis nihil potest ad se ipsum dicere relaonem; tunc sic, ergo nihil potest ee causa efficiens sui ipsius; cum nulla ex capite sit fortior ratio intr causam malem, et effum, quam inter efficientem, et effectum suum.

Respondet tn Pr Arri, non repugnat, qd una res producta puram

actionem, quę oriatr à Deo, sit prior se ipsá, prout ē producta p aliam 2ᵃᵐ actionem ortam ab illa re; ꝯ neque repugnat, q̃d res producta p primam Dei actionem, seipsam producat p aliam 2ᵐ actionem adęquatam; unde sufficit, q̃d sit prior ex vi unius actionis, licet ex vi alterius ñ sit.

At contra ē; q̃ ut Arriaga fatetr, implicat, q̃d aliqd producatr efficienter á suo effu, quando id ñ supponitr aliunde productum; ꝯ implicat aliqd se ipsum producere p 2ᵐ actionem adęquatam, licet supponatr productum ab alia prima actione; probo cñam; q̃ ideo implicat, aliqd produci á suo effu, quin supponatr prima actio; q̃ esset prius naṫá se ipso; ꝯ etiam p 2ᵐ actionem esset prius naṫá se ipso; ꝯ: probatr minor; quia id ē prius naṫá, quod ē virtus effectiva illius; ꝯ illa entas quatus se produceret p 2ᵐ actionem, esset virtus effectiva sui: ꝯ esset prior se ipsa p 2ᵐ actionem.

Probatr 2º; implicat, q̃d aliqua actio neque sit adęquata, neq̃ inadęquata; ꝯ actio p quam entas seipsam produceret, neq̃ esset adęquata, neq̃ inadęquata: ꝯ talis actio repugnat, et cõnter q̃d aliqd se ipsum producat: probatr minor; imprimis illa ñ esset inadęqua; adęquata ñ supponitr ab adversariis: 2º, ñ esset adęquata; quia actio adęquata ē, quę se solá potest dare ēē effui, licet deficiat omnis alia actio; ꝯ actio, quá entas seipsam produceret, ñ posset se solá dare ēē effui; cum nꝗ supponat essaliter actionem aliam, quá Deus eandem entatem producit; nam alioquí ñ posset se ipsam producere, ut ipsi concedunt: ꝯ.

Sed 1º opponunt ꝯᵃ nostram sentam; Christus Dominus in Eucharistia se ipsum saltem partialiter producit; nam opera omnia miraculosa, quę ad Christum pertinent, ab ipsius humanitate ut instrumento divinitatis patrantur, ꝯ productio ipsius humanitatis in Eucharistia ē opus miraculosum. ꝯ. Secundo

2.° opponunt, non opus est, ut prium adequatum distinguatur adequate à suo producto; ergo poterit res esse causa saltem partialis sui ipsius; consequentia patet, nam ex hoc, quod esset sui partialis causa, solum fit, quod causa adequata distinguatur ab effectu tantum inadequate; antecedens probatur, quia partes non causa totius, à quo non distinguuntur adequate; preterea Pater eternus est principium filii secundum totum, quod habet, à filio autem solum distinguitur secundum relationem Paternitatis, et filiationis; non vero secundum naturam, que eadem numero est in principio, et in suo producto. Tertio non implicat, quod aliquid seipsum respiciat vera relatione: ergo; probatur antecedens, cognitio dicit relationem ad obiectum, et tamen cognitio potest esse obiectum sui ipsius: ergo.

Ad 1.m resp., stante theologica opinione illorum, qui iudicant, actionem conversivam Eucharistiae solum terminari ad producendum ubi, quo Christus Dominus ibi assistit; quare non producitur in Eucharistia humanitas christi, sed ipsius ubi. Ad 2.m distinguitur antecedens; non opus est, ut principium divinum adequate distinguatur à suo; concedo antecedens: non opus est, ut principium creatum effectivum adequate distinguatur; nego antecedens: et quidem ineptum est arguitum à rebus divinis, quas mirabiles fides nos docet, ad res creatas; quid enim mirabilius, quam Patrem producere filium; utriusque vero naturam cum utroque identificatam unam esse, et eandem numero? Et quis hec ad res creatas traducet? ad 1.m probationem verum est, quod non a, et forma causent compositum, à quo distinguuntur inadequate, at non dicuntur seipsas causare adequate, neque inadequate: ad 2.m probationem antecedentis iam dictum est. Ad 3.m negatur antecedens, et illius probatio; nam cognitio creata, que est relatio vera ad obiectum, non potest seipsam respicere, ut de Logica constat.

Disputatio 4,
an due cause adequate possint eundem effectum producere?

caput 1m

de causis subordinatis in vi[?] semo pr̄e it.

Ex causarum divisione de qua facta est, qd sit causa adaequata, qd inadaequata; et nunc breviter clarius expendam: causa adaequata dicitur, quae habet sufficientem virtutem, ut se solá producat effectum, quae causa dicitur proportionata effectui v.g. ignis cum concursu simultaneo Dei est causa adaequate productiva alterius ignis: causa inadaequata est, quae ex se non habet sufficientem virtutem ad causandum, et proinde indiget consortio, et auxilio alterius causae v.g. calor ut duo non est potens producere se solo, et sine iuvamine alterius causae quatuor gradus caloris; quae causa dicitur improportionata cum effectus.

Rursus alia est causa adaequata, et inadaequata in actu 1o; adaequata in actu 1o est, quae habet sufficientem virtutem in se, licet illam non exerceat: inadaequata est, quae non continet in se virtutem sufficientem. Praeterea alia est causa adaequata, et inadaequata in actu 2o; illa est adaequata, quae per actionem se sola producit effectum: inadaequata est, quae per actionem non praestat sufficientem virtutem.

Ubi advertendum est, posse aliqd in actu 1o esse causam adaequatam, et in actu 2o solum esse inadaequatam, quia temperat suam virtutem, et illam non exhibet totaliter; sic duo homines levantes onus, qd a quolibet sufficienter levari potest, non exhibet quilibet per actionem tantam sustentationis vim, ac si onus ab uno solum levaretur; cuius rei est manifestum indicium, qd non tantum lassatur unus, quando simul cum alio sustinet onus, atque quando illud solus sustinet.

De causae inadaequatae virtute, seu subordinatione alteri praemittimus notitiam: subordinatio nihil

216 aliud signat, quam concursum simultaneum causarum; ubi duplicitur potest contingere, quod causae concurrentes ad effectum invicem subordinentur, aut per se, aut per accidens; quoties causa est in actu primo inadaequata semper subordinatur per se alteri causae; V.g. causa 2a subordinatur per se causae primae; et calor, ut duo subordinatur per se alteri ad producendum calorem, ut quatuor: causa per accidens subordinatur alteri, quoties est adaequata in actu primo, et solum attemperat suam virtutem ob concursum accidentalem alterius causae.

Hinc est, quod ex duabus causis concurrentibus ad aliquem effectum, possit una per se subordinari; altera non item; quia una per se potest esse inadaequata, cum per accidens omnino sit alteri concurrere inadaequate; V.g. Deus, et Creatura concurrunt ad effectum producendum diversimode, nam Deus in actu primo est causa adaequata; ideo non subordinatur per se Creaturae; secus autem Creatura per se subordinatur Deo, quia est in actu primo causa inadaequata.

Hinc etiam est, causas intrinsecas, ut pote inadaequatas semper concurrere per se ad constituendum intrinsece compositum, quod causant; et contra nullam esse, quae non subordinetur alteri: unde de subordinatione ad causas solum extrinsecas efficientes per se subordinatas doctrina revocanda est; nam de causis intentionalibus non est curandum, siquidem non sunt verae causae; et in suo genere solum per accidens invicem subordinantur.

Inquirunt aliqui Recentiores unde nam dignoscendum sit, an causa sit adaequata, vel inadaequata per se, seu in actu primo omnino effectus? respondeo, id non posse certo, ac generaliter definiri; quia ad id opus est, cognoscere a priori naturam causae, ut sciamus, an illa sit ex se virtus adaequata omnino effectus, vel an sit inadaequata. Caeterum aliqua principia assignari valent, ex quibus id colligi possit. Primum sit, quoties effectus, qui producitur

ab aliquo principio efficienti, ē perfectior ipso, illud prin-
cipium n̄ ē causa efficiens adequata effūs; sed solum inadequa-
ta; causa n̄ adequata debet saltem equare effectionem effūs.
Secundum principium sit; quoties nullum datur fundamentum asserendi,
causam ēē inadequatam, et neque ex parte effūs, neque ex modo ope-
randi ipsius causę, causam influere inadequate colligitur, illa
tenenda ē pro adequata, et n̄ subordinata pro alteri.

Tertium pri-
ncipium ē Patris Vasq., quem sequuntur P. Ildefonsus, et plures alii,
quod generaliter acceptum falsum iudicamus: ait n̄ Vasq. illam
ēē causam adequatam, et n̄ subordinatam, cui correspondent om-
nes formalitates effūs, et illam inadequatam, et subordinatam, quando
in effectu relucent aliquę formalitates, quę causę attribuuntur; sic
noster intellectus ē causa inadequata visionis intuitivę Dei; quia formali-
tas supernaturalitatis, quę ē in visione, n̄ potest attribui intellectui nos-
tro, qui supernaturalis n̄ ē; et similiter lumen glorię ē causa inadequa-
ta; quia in visione reperitur formalitas vitalitatis, quę nequit respon-
dere lumini glorię; sed soli intellectui; unde intellectus, et lumen glorię
n̄ causa adequata visionis beatę.

Iudico 1º, quando datur in effectu
illa relucentia diversarum formalitatum (ut exemplum allatum
tum probat) datur sufficiens principium ad dignoscendas causas
pro subordinatas ad productionem effūs; et ratio ē; quia quoties
datur aliqua perfectio pręcipua, et specialis in effū, illa
attribui debet causę; siquidem ab aliqua causa debet prove-
nire. Est hoc intelligendum, n̄ quod una formalitas, vel per-
fectio effūs producatur ab una causa, et n̄ ab alia; sed ita ut
tota entitas realis effūs indivisibiliter producatur a qualibet subor-
dinata, totalitate vero effūs.

Iudico 2º; n̄ ubicumque reperitur

218 correspondentia omnium qualitatum in effectu cum causa, arguitur, causam esse adequatam: ratio est; nam equalis perfectionis sunt v.g. duo calores unus productus ab alio; et huic tanquam causa correspondent omnes perfectiones illius; et tamen calor producens est causa inadequata, et per se subordinata primae causae scilicet Deo ad productionem alterius caloris. Preterea sol, qui est causa equivoca, ut sciamus, esse adequatam, vel inadequatam, non attendimus ad qualitates ex parte effectuum, quos producit, nam cum solis nullae qualitates in effectibus reluceant, v.g. in Planta.

Sed hic rogari potest, an duae causae subordinatae v.g. duo ignes concurrant ad effectum producendum per unicam actionem adequatam, an singulae causae per singulas actiones inadequatas? certum est, Deum v.g., et ignem concurrere per eandem actionem adequatam, ut suo loco dicemus; qua propter respondeo cum communi sententia, plures causas partiales vario concurrere per unicam actionem adequatam procedentem indiviser a qualibet causa, totalitate utriusque actionis, non adequatione causae.

Nihilominus censeo, posse affirmari, duas causas partiales per duas actiones inadequatas concurrere; quod evidens meo videri probatur exemplo duorum hominum concurrentium ad pondus levandum, quorum quilibet per suum singulum physicum partialem concurrit ad illud pondus; et ex mea sententia admittente duplicem unionem partialem in compositis viventibus constantibus formis viventis, et corporeitatis, inter se subordinatis, a paritate rationis duplex actio partialis cum duplicis causae inadequatae recte colligitur: ubi nota discrimen, Deus, et ignis, non possunt concurrere per duas actiones inadequatas; quia Deus non solum concurrit immediate ad effectum producendum; sed etiam producit actionem, qua Deus, et ignis influunt in effectum.

Caput 2m

Duæ causæ totales efficientes naturaliter nequeunt concurrere simul ad eundem effectum producendum; bene tamen supernaturaliter.

Ad præsentem disputationis resolutionem aliqua præmon-
enda decrevi: primo præmonendum est, hic nos agere de causis
adæquatis in actu 2o; ita ut quælibet adæquate det esse effectui, et
sufficiat sola ad existentiam effectus: de causis non adæquatis in actu 1o non loq-
uimur; cum possint duæ esse adæquatæ in actu 1o circa eundem effectus, et in ac-
tu 2o concurrere inadæquate, utpote attemperantes suam virtutem.

Secun-
do præmonendum est, a nobis non intelligi nomine causæ adæquatæ aliq-
uam causam, quæ ita præbeat sufficientem influxum effectui, ut po-
sitive excludat aliam; sed tantum, ut non egeat illa, et in actu 2o
admittat alterius concursum, mere negative se habens; nam si una
afferret exclusionem alterius circa eundem effectum in suo, vel in di-
verso genere, evidens est, non posse plures causas adæquate concurrere ad
eundem effectum: præterea, hic nomine causæ adæquatæ intellige causam
creatam, ut completam concursu generali Dei, qui numquam exclu-
dendus est, quando asserimus, causas creatas esse adæquatas circa effectum.

Tertio
præmonendum est, non disputari, an necessarium sit, ut ex causæ adæq-
uatæ concurrant; et an superfluus sit illarum adæquatus concursus;
constat enim, causam unam adæquatam eo ipso, quod sit adæquata, suffi-
cere ad effectum producendum; cæteras vero esse superfluas, si naturæ necessitas attendatur; licet ad fines Dei, quos potest intendere, non minus
sit ille concursus causarum.

2° Ob. Quarto praemonendum est, difficultatem propositam posse procede-
re circa singulas causas in suo genere; et in primis circa causas materiales,
aut formales, assero, non posse nec supernaturaliter unum compositum a pluribus
causis materialibus, aut formalibus adaequatis fieri; nam eo ipso, quod [illegible]
eveniret formae plures, aut plures materiae supernaturaliter, resultarent plura com-
posita, ut de 3a cap. 3 adnotavi: at si loquamur de effectu causae ma-
terialis, qui est forma, et de effectu causae formalis, qui est materia, ut quidam opi-
nantur, dicendum erit, posse duas causas materiales adaequatas superna-
liter pati unicam formam, et duas formas adaequatas unicam materiam caus-
are; nam qualibet materia, aut forma deficiente, persisteret materia ex vi
alterius causae formalis; et forma similiter ex vi alterius causae materialis.

Rursus plures causae adaequatae exemplares possunt ad opus idem concurrere non solum supernaturaliter, sed etiam naturaliter; nam quis prohibet, Pictorem omnino similes imagines Beatae Virginis sibi ob oculos ponere, ut ad earum imitationem aliam exprimat? in quo eventu, quaevis ex illis imaginibus independenter ab alia sufficienter dirigeret Pictorem ad effectionem operis. Monuerim tamen, per diversos actus intrinsecos, qui sunt causalitates, illa duo exemplaria causare opus artificiosum, ita ut ex vi cuiuslibet causalitatis unum exemplar sit independens ab altero; et evenit adaequatum esse operis: secus vero erunt inadaequata, si per unicum actum causent.

Quod attinet ad causas finales adaequatas, vel illae considerantur in ordine ad effectum immediatum, nempe internum actum amoris, aut in ordine ad effectum mediatum, nempe externam operationem, quae ab eius motivi actu imperatur: si comparentur in ordine ad effectum immediatum, dicendum est, implicare etiam divinitus, dari duas causas finales adaequatas respectu eiusdem effectus: probatur, quia finis non alio modo causat actum amoris, quam per modum obiecti illum actum terminando; sed implicat dari duo obiecta adaequata eiusdem actus

quorum quodlibet, etiam si alterum abest, posset actum trahere. 2.° 62
3.° minor probatur: quia quilibet actus vitalis essentialis tendentia in obiectum, ad quod semel fertur: ergo si semel actus amoris tendit in duo obiecta, impossibile erit, ut unum absit, et tunc maneat essentialiter ille actus: necesse non erat, ut quolibet ex illis obiectis ablato, maneret actus, sicut ante erat, ut possit causari à duplici fine adequato.

Si verò comparetur finis in ordine ad effectum materialem, nempe opus externum, quod ab actu interno amoris imperatur, adhuc naturaliter posse concurrere duas causas finales adequatas eiusdem effectus; probatur, quia potest quis habere duos actus efficaces propter duo motiva adequata, quorum altero vellit, v.g. Ecclesiae obedire in servando ieiunio; altero vero propter attenuationem corporis, quae ex observatione ieiunii, et inedia adquiritur; in hoc casu quilibet ex iis finibus adequatis potest ita efficaciter movere voluntatem ad servandum ieiunium, ut licet alter deficeret, eodem modo moveret: ubi notabis, non sufficere unicum actum efficacem, qui complectatur utrumque motivum; nam tunc non essent causae adequatae, ut supra proximè dixi.

Restat 3.° praecipua difficultas, utrum duae causae adequatae efficientes possint concurrere ad eundem effectum naturaliter, vel saltem supernaturaliter? Adstruendum est 1.°, naturaliter non possunt praedictae causae concurrere ad eundem effectum; ita communis Philosophorum sententia Praeter Fabri[?] Vallem, Ocanum, et alios Antiquiores: probatur, quia causa ad id ordinatur à natura, ut det existentiam effectui: ergo si detur una causa adequata, quae se sola det existentiam effectui, altera causa erit superflua; natura non nihil otiosum patitur: ergo naturaliter non possunt duae causae adequatae concurrere ad eundem effectum.

Confirmatur 1.° ideo idem subiectum, ut omnes admittunt, non redditur naturaliter album per duplicem albedinem

2.kr adequatam; quia una albedo est sufficiens dealbare subiectum.
3º. confirmatur 2º ex experientia, quando duo homines elevant pondus, neuter prestat conatum, quo solo fieret elevatio; quod si naturaliter quilibet posset prestare adequatum conatum, reipsa prestaret: ergo si non prestat, sequitur, quod non possit saltem propter aliquod impedimentum.

Impedimentum vero meo iudicio, non provenit ex aliqua repugnantia, quae se teneat ex parte causarum, neque ex parte effectus, sed solum oritur ex lege extrinseca Dei authoris naturae, ita providentis in hoc universo, ut aliae causae ab aliis sublebentur, et adiuventur; quare in hac providentia nullus est finis naturalis, ut quaelibet causa concurrat simul cum alia per totam, et integram suam virtutem ad eundem effectum. Ast ut verum profitear, si liceret, nulla datur lex prohibens, praesertim in duabus causis libere operantibus, quae pro arbitrio suo exhibent virtutem, ut quaelibet exhibeat adequatam virtutem in actu 2º naturaliter, quando simul concurrunt; cum ab utraque concurrente successive possit idem effectus produci, ut a multis docetur.

Adstruendum est 2º; supernaturaliter possunt duae causae efficientes adequatae concurrere ad eundem effectum. oppositum tenet Scotus in 2m distinctione 2a quaestione 2a, et Vasquez thomo 1º in 3m partem De 29, et Pauci eius assecle: ratio conclusionis est eadem, quae solet adduci in similibus quaestionibus de potentia absoluta; quia quod non implicat contradictionem, Deo concedendum est; sed concursus duarum causarum adequate concurrentium non implicat, ut ex solutione argumentorum constabit: ergo.

Confirmatur 1º; non repugnat ex parte causarum; quia datur virtus adequata tam in actu 1º, quam 2º; neque ex parte effectus, quia solum facit terminare simul actiones, quas successive potest terminare: ergo ex nullo capite repugnat, quod idem effectus a duplici causa adequata producatur. confirmatur 2º; licet corpus ad existendum in rerum natura non exigat nisi

unicam solum ubicationem, attamen de potentia absoluta potest plures habere; quod de Christi Domini corpore in Eucharistia contingit, fatendum est: item idem numero effectus adaequatis ubicationibus ubicato, fatendumque: item idem numerum potest supernaturaliter duplici ei substantiae infrari: consequenter, et tandem colliges, duas causas operaturas diversis actionibus, imo id foret omnino naturalem; cum causae adaequatae ex natura sua postulent actiones adaequatas, et realiter inter se distinctas, ut sequenti capite defendam.

Caput 3m

Obiectorum vires enervat.

Adversus sententiam asserentium obiicitur; possunt dari naturaliter duo fines adaequati unius eiusdem effectus; ergo unius eiusdem actionis externae, ut statui; quin unus sufficiat, et alter sit superfluus: consequenter poterunt dari naturaliter duae causae adaequatae efficientes unius eiusdem effectus, quin una existat aliqua indirecte. Confirmatur; homo elevans pondus potest, etiam si alter concurrat, tantum conatum praestare, quantus sufficeret ad ponderis elevationem.

Retrocesso antecedens, negando eandem rationem discriminis; quia actus interius, et voluntatis praeter tendentiam in obiectum, habent ulterius ordinari ad perfectionem subiecti, ob quam aliquotiens in quantum est: unde fit, quod absque superfluitate possit amare plures actus magis, et magis perficientes propter diversa motiva, et diversos fines adaequatos aliquod obiectum: ut in causis physicis non ita contingit, quia virtus operatur eo tantum fine naturali, ut det existentiam effectui, quia posita adaequate ex vi unius causae, omnino superfluit naturaliter alia causa, quae eandem existentiam conduceret.

Ad confirmationem nego antecedens; nam si unus homo sufficientem conatum praestaret, quantus sufficit ad elevationem, alter

Q. 54 nullum influxum tribueret; ergo si ambo influunt, signum est, quod non operantur secundum totum, quod possunt; et unus ab altero impeditur, utpote tam virtutem quilibet impendat: quod idem dicendum erit, si apponas in ligno duos ignes potentes singulos calorem ut octo producere; nam tunc attemperant concursum, ne duos adaequatos calores, sed unum, ut octo producant.

Contra 2m assertum obiiciunt 1o, si effectus fieret supernaturaliter a duabus causis adaequatis, effectus dependeret, et non dependeret ab illis: dependeret quidem, quia ab illis produceretur; et non dependeret, quia qualibet seclusa, perxisteret effectus: quod implicat. Confirmant 2o non potest naturaliter idem effectus procedere a duplici causa adaequata; ergo nec supernaturaliter. Probatur consequentia, quia ideo naturaliter nequit; quia effectus non eget intrinsece, et essentialiter simultaneo concursu utriusque; at supernaturaliter illo non eget, siquidem Deus nequit mutare eius essentiam.

2o Confirmant 2o implicat, quod effectus sit productus ab una causa, et denuo producatur ab altera: ergo etc. antecedens 1o probatur, quia totum quod secunda causa posset producere, iam est productum a priori; ergo 2a nihil aget: 2o probatur; quia res semel destructa non potest iterum ab altera causa destrui, quia iam destructa est: ergo similiter res producta ab una causa nequit ab altera produci, quia producta iam est. Idem omnino argumentum efformant de actionibus adaequatis praedictarum causarum, et similiter confirmant.

Solutio sit, negando antecedens; ubi animadvertes, si liceat dependere denotet idem ac produci, re vera effectus ille ab utraque causa dependeret, cum ab utraque produceretur: quod si denotet exigentiam, qua effectus postulet causam, a neutra ex iis causis determinate dependeret: sed solum ab una illarum sub disiunctione; quia unam tantum sub disiunctione petit, ut in rerum natura persistat: unde de facto, cum effectus producitur, aut conservatur ab unica causa, taliter ab illa accipit esse

ut non petat illam determinate; siquidem virtute cuiuscunque alterius 261
causae, quae aequalis foret virtutis, posset effectus absolute persistere; qua propter
effectus determinatus, licet petat causam determinate sui productivam, attamen non petit causam determinatam sui, sed solum sub disiunctione.

Ad con-
firmationem concesso antecedenti, negatur consequentia: ad eius probationem concessa maiori, et minori, distinguitur consequens: quod nequeant supernaturaliter concurrere duae causae adaequatae ex indigentia effectus, concedo consequentiam: ob fines supernaturales a Deo intentos, nego consequentiam. Ad 2am confirmationem negatur antecedens: ad 1um illius probationem concesso antecedenti, distinguitur consequens: quod 2a causa nihil aget, id est, nihil distinctum ab eo, quod iam actum est, concedo consequentiam. nihil aget, id est non impedit verum influxum in effectum independenter ab influxu primae causae; nego consequentiam.

Ad 2am illius probationem concedit antecedens, et consequentia negatur; ratio discriminis est; quod destructio est ablatio existentiae; et res, quae semel destructa est, non habet existentiam, quae auferri possit: caeterum res, quae iam est producta, ex nullo capite impeditur, quominus possit novum influxum, et actionem accipere, quae licet novum esse non conciliet effectui distinctum ab eo quod iam habebat, conciliat tamen idem esse novo titulo participatum. sicut res, quae mihi furto ablata est, nequit iterum auferri; at eadem res potest mihi duplici titulo adaequato dari; ut si quis eleemosynam eroget, et quia pauperrimus, et quia eleemosyna ipsa aliunde titulo iustitiae mihi debebatur. Notam praedictam accommodabis ad actiones adaequatas applicati, et confirmationum solutionem.

Obiiciunt 2o: causa adaequata est illa quae praeter illam nihil aliud causat adaequate: ergo implicat dari causam adaequatam in consortio alterius adaequatae. Confirmatur 1o: idem numero effectus nequit provenire a duplici causa adaequata

266. successive; ergo neque à duplici simul. Confirmatur 2º; quaelibet causa creata est essentialiter inadequata: ergo implicat effectus idem provenire à duplici adequata.

Solutio sit, distinguendo antecedens, causa adequata positivè se habens est illa [illegible]; concedo antecedens; causa efficiens merè se habens negativè est illa [illegible]: nego antecedens; hic recole capitis 2i secundum praemonitum. Ad 1am confirmationem negatur antecedens; quia effectus productus á causa 2a saepissime conservatur naturaliter á solo Deo; et conservatio nihil aliud est, quam continuata productio: rursus si separetur ab aqua [illegible] agens calidum, quod produxit calorem in illa, et succedat aliud diversum agens calidum conservans illum ipsum calorem; ille calor productus tam in virtute unius, quam alterius agentis continetur: ergo tam ab uno, quam ab altero seorsim 1º produci potest; huc advoca solutionem 1i arguti. Ad 2am confirmationem vide capite 2º praemonitum 2um, et hic illud applica.

Obiiciunt 3º; implicat, effectum habere duplex esse adequatum: ergo implicat, quod detur duplex actio adequata supernaturaliter vel eiusdem effectus. Consequentia probatur quia de essentia actionis est non solum ponere á parte rei suum esse, sed etiam ponere esse effectus: ergo si datur duplex actio adequata, poneretur á parte rei duplex essentia adequata effectus; et consequenter duplex effectus.

Confirmatur 1º; si daretur duplex actio adequata, una deberet continere eminenter, et virtualiter aliam actionem; sed actiones creatae, cum sint limitatae virtutis, non ita se habent: ergo Confirmatur 2º; si supernaturaliter concurrerent duae causae adequatae per duas actiones adequatas, etiam naturaliter possent simul concurrere; siquidem actiones sunt naturales; sed naturaliter non possunt: ergo.

Sit solutio, concesso antecedenti, negando consequentiam; ad illius probationem distinguitur antecedens; de essentia actionis est ponere

eē effūs diversum ab eo, q'd habet; nego ants: ponere idem oīo, p̄ponet diversum, q'd habet, ɔcedo ants: item distinguitr coens; q̄ ponetr duplex essa adequata effus; quę absolute duplex esset; nego coam: quę esset duplex quoad fieri illius effus; ɔcedo coam.

Ad 1m ɔfraonem negatr ants; q̄ licet actiones creatę sint limitatę virtutis, ad hoc quęlibet ɔtinet adequate effum, et independentr ab alia potest illum adequate producere; nec requiritr, q'd una ɔtineat eminentr aliam. Ad 2m negatr maior; nam licet illę actiones sint entitative nales, siquidem dive posset idem effus causari ā qualibet; at qtio ad modum sunt supernales; nam illud ē supernale quoad modum, in quo lex aliqua natę violatr; ā in concurrentia utriusq actionis lex natę violatr, quā decrevit Deus, ne simul duę causę adequatę eiusdem effus darenr: q̄.

Caput 4m;

Per unicam actionem duplex causa adequata nō valet supernalitr influere.

Anima huius disquaonis agitationē, in casu quo duę causę totales supernalitr producerent eundem effum, posset Deus efficere, ut ambę per eandem nūro actionem influerent? Affrativam partem sequuntr RR. aliqui Magistri explicando simul modum, quo causę illę forent adequatę, si per unicam actionem ɔcurrerent; asserunt eni, illam actionem eē duplo maioris virtutis, quam realizet effus; et equivalere in virtute duabus actionibus realitr distinctis; Vg si effūs nempe calor sit talis perfectionis, ut solum exigat exercitium virtutis ut quatuor; et actio per quam illę causę ɔcurrerent, petat virtutem, ut octo.

Admitto libentr

2.68. [illegible]bitatem actionis duplo uberioris à duabus causis procedentis; nec ullam repugnantiam invenio in illa supernaliter adstruenda. Solum igitur restat, an illae causae concurrentes per talem actionem dicendae sint adaequatae, necne? quaestio de nomine revera est: probant igitur praedicti RR., dicendas esse adaequatas, primo; quia posita actione ut octo, et effectu exigente virtutem ut quatuor, quaelibet ex illis causis praestaret virtutem ut quatuor, sed effectus ex se solum petit exercitium virtutis ut quatuor: ergo quaelibet ex illis causis esset adaequata respectu effectus; siquidem illa est causa adaequata, quae praestat virtutem sufficientem ad effectum, et quantam poscit effectus: ubi advertunt, causas illas futuras esse adaequatas respectu effectus; at inadaequatas respectu actionis; quia nulla divisive causaret totam foecunditatem actionis.

Secundo probant à paritate aliarum causarum; duae causae exemplares adaequatae possunt dirigere supernaliter ad opus unica cognitione: item duo finales adaequatae unico actu amoris: ergo. Confirmatur; duae causae adaequatae intrinsecae possunt causare compositum per eandem causalitatem, videlicet unicam unionem; siquidem unio per nos non repugnat, quae nectat plura, quam duo extrema, per quam illa tanquam causae materiales, aut formales suum effectum, nempe compositum causarent: ergo similiter duae causae efficientes adaequatae per eandem actionem poterunt influere.

Nihilominus tamen proximiorem veritati iudico opinionem Patris Suarez, et et aliorum RR. asserentium, causas adaequatas nario poscere duas actiones adaequatas; quod si actio unica sit, easdem causas futuras esse inadaequatas: hac unica, et efficaci ratione probatur; causa adaequata est illa, quae se sola producit effectum independenter ab altera causa; quod si causa sit in actu primo adaequata, debet in actu primo habere potentiam, ut se sola, et independenter ab alia producat effectum; si vero sit adaequata in actu 2o, debet in actu 2o ex vi influxus, quem impendit, ita effectum producere, ut non dependeat ab altera concausa

etiam si hæc abiit; et quando actio duarum causarum est una, et eadem, quælibet ex iis causis dependet ab alia, ut nequeat producere effectum per illam actionem, quin adiuvetur ab altera; et si abesset una, altera non posset influere: ergo non essent adæquatæ: maior patet, quia est ipsa definitio causæ ab omnibus admissa, licet ad versariis rem denique quæ scivisse videantur dum causæ adæquatæ definitionem aliter ad suam sententiam adaptant; minor etiam patet; quia eo ipso, quod una causa desit, et actionem cum actio sit eadem, eo præcise, quod una causa desit, et actionem abesse necessarium est.

Unde ad fundamenta partis oppositæ respondendum est; ad 1um concessa maiori, et minori, negatur consequentia; nam causa adæquata non est quæ tribuit sufficientem virtutem; nam etiam tota virtus sufficiens provenit à singulis aliis causis partialibus totalitate effectus; opus est, ut proveniat etiam tota totalitate actionis, et causæ; id est tota à causa sola, vel independenti ab alia.

Ad 2um nego, quod unico actu intrinsecus duæ causæ exemplares adæquatæ in actu 2o possint etiam supernaliter causare; et unico actu voluntatis duæ causæ finales adæquatæ; nam eo ipso, ut capite 2o animadverti, quod per unicum actum concurrant, erunt inadæquatæ, siquidem una dependeret ex aliter ab alia, ut influeret. Ad rationem concesso ant., negatur consequentia; discrimen est, quia licet unica unio sit formalis, quæ nectat duas materias cum duabus formis, esset tamen causalitas illarum unius cuiusque materias ... quælibet materia adæquatè causaret diversum effectum; et ita compositum à composito, quod altera causaret; unde una non penderet ab altera in ordine ad eundem effectum; nam diversus effectus proveniret à qualibet, quæ est causa sui proprii effectus esset adæquata totalitate causæ; cæterum quælibet causa efficiens unica actione pendet essentialiter ab altera, tanquam à producente eundem

27º oro effum, q'd e' d'a raonem causæ adæquatæ

Tractatus 2us

de causa efficienti, ac de illius speciebus.

Acturi igitur de causis corporis nalis in parti, congruenter ab ea, exordimur, quæ inter cæteras dignitate, et utilitate viget; talis autem cum sit causa efficiens, cogimur, longiorem pr aliis tractationem alterere; ut quæ cæteris perfectione antecellit, eisdem etiam loci, et tractatus dignitate præeat, sicut melius exercigiendum, cum plurimæ difficultates in posterum discutiendæ, hac præeunte face, minime caligare censeantur.

Disputatio 1a;

q'd sit, et quotuplex causa efficiens.?

Caput 1m;

def.io, ac divisio causæ efficientis statuitur.

Quæ longis ambagibus tradunt AAs pro definienda causa efficiente, forte possemus facilius multo proferre; hanc n. ex Aris totelis mente so Meta phisicæ textu 20. acceptam defionem depromo; causa efficiens e, quæ pse phisice influit in effum: nomen causa ponitur loco generis; p illud convenit cum reliquis causis phisicis, et intentionalibus: reliquæ parte gerunt vices differentiæ; nam nulla e causa, cui convenire possint; causæ n. finalis, et exemplaris solum intentionaliter concurrunt ad suos effus, quin phisice influant. deinde causæ malis, et fratis, n. proprie influunt in compositum; nam verbum influere solum proprie significat dare existam p actionem tro adæquate distinctio, extra

quem ē causa; ac proinde causæ intrinsecæ non proprie dicuntur influ-
ere in compositum; quia non dant existentiam per causalitatem, nisi tantum inadæ-
quate distincto intra quem causæ sunt: additur verbum per se; quia causa non
efficit effectum, nisi per suam entitatem concurrat ad illam producen-
dum; causa non per accidens nullo modo influit in effectum.

De influxu,
seu causalitate causæ efficientis hic non agimus, cum libro 8o nobis
futurus sit sermo; hæc nihil aliud ē, quam actio, exercitium, ratio fo-
rmalis influendi in effectum realiter distinctum adæquate a causa, et
quidem ē aliquod accidens receptum in termino producto, ratione cuius
ita pendet effectus a causa influente, ut si hæc cessaret ab exerci-
tio productionis, statim effectus in nihilum abiret.

Exposita satis
definitione causæ efficientis præter divisiones tractatu præcede-
nti factas, quæ causæ efficienti conveniunt, dum in communi di-
visiones causæ exposuimus disputatione 1a, et aliis disputationibus
discutimus, breviter reliquas illius species hic adnumerabimus.
Io dividitur in causam universalem, et particularem; universalis ē, quæ ex se
indifferens ē ad producendum plures effectus diversæ speciei; quæ et
quæ determinatione alterius causæ, ut intra talem speciem produ-
cat; v.g. Deus determinatur a causa creata ad productionem talis
effectus sublunaris, et non alterius, etiam sol, cæli, et astra determi-
nantur ab alia causa particulari, v.g. a seminibus, ut influant in ar-
bores, herbas, etc.: causa particularis ē, cui tribuitur immediata determinatio
ad talem determinatum effectum, et non ad alium; v.g. ignis dicitur causa
particularis alterius ignis, et caloris; determinat quia Deum ad hos potius
effectus, quam ad alios. Affinis ē huic divisioni altera in cau-
sam primam, a qua omnes aliæ causæ essentialiter dependent, ut
Deus, et in causam 2am, qualis ē creatura.

Dividitur præterea

27 Causa efficiens in univocam, et aequivocam; univoca est, quae producit effectum aequalis perfectionis, et speciei, ac ipsa est, ut calor respectu alterius caloris: aequivoca est, quae dat esse effectui diversae naturae et speciei a se ipsa; ut Sol, qui lucem, ignem, metalla, aliaque producit; et ignis respectu caloris; Deusque respectu Creaturarum.

Item dividitur in immanentem, et transeuntem; causa transiens dicitur, quae in extraneo subiecto producit effectum, ut ignis producens calorem in manu; immanens causa est, quando in se ipsa producit effectum, ut anima producit in se actus internos; aqua in se frigiditatem; quae quidem causa affert receptionem effectus in se ipsa, non ex praecisio conceptu causae efficientis; id est subiectum receptivum illius.

Ulterius dividitur in causam liberam, et necessariam; causa libera est, quae positis omnibus requisitis ad operandum, potest operari, et non operari ut est nostra voluntas: causa necessaria est, quae positis omnibus requisitis, et ablatis impedimentis ad operandum, non potest suspendere operationem, ut ignis applicatus; rursus alia est causa vitalis, quando effectus est vitalis ut anima respectu actus internos; alia non vitalis, cuius effectus non est vitalis, ut aqua respectu frigiditatis.

Caput 2um;

Causae principalis, et instrumentalis divisio expenditur.

Ut concinnam expositionem divisio causae principalis, et instrumentalis accipiat aliqua notatu digna praemittuntur: praemitto 1°, omnes illas causas, quae sunt perfectiores suis effectibus, aut aequales illis in perfectione, vocari causas principales; sic Deus est causa principalis, dum producit creaturam; sic etiam ignis est causa principalis, dum producit calorem, qui est minus perfectus

ym ignis, et dum producit ignem, quia aeque perfectus cum illo. Praeterea omnes illae causae, quae sunt imperfectiores suis effectibus vocantur causae instrumentales; sic calor dicitur causa instrumentalis in sententia asserente, calorem simul cum substantia ignis esse productivum alterius substantiae ignis; qui quidem calore imperfectior igne producto.

Praemitto 2o: causa instrumentalis tripliciter dividitur in artificialem vel, naturalem, et obedientialem. causa instrumentalis artificialis dicuntur instrumenta, quibus habilis redditur artifex ad aliquid efficiendum, ut serra ad dividendum, Dolabra, ad dedolandum ligna; hinc est ex Divo Thoma secundo contra gentes cap. 21, quod haec instrumenta nihil operentur propria virtute, sed tantum, ut mota a causa principali, vel Artifice; ex vi enim impulsus Artificis serra tabulam findit: quare quodlibet instrumentum fabrile dicitur esse causa instrumentalis immediatior effectui immediatione suppositi; quia causa principalis nihil nisi interiecto instrumento operatur; causa vero principalis dicitur immediatior effectui immediatione virtutis; quia virtus activa est immediate in Artifice, et mediate in instrumento.

Causa instrumentalis naturalis dicitur accidens, quod inservit substantiae ad suos effectus producendos; hoc instrumentum naturale aliud dicitur disponens, aliud efficiens; disponens est, v.g. calor, ut actio immissus ab igne in lignum, ut illud disponat; ideoque dicitur causa instrumentalis dispositiva de qua non loquimur: alia est efficiens, quae immediate, et propria virtute simul cum causa principali producit effectum; nam non est de ratione causae propriae instrumentalis concurrere mediate ad effectum; causa enim mota non est propriae causa; at causa instrumentalis est vere causa efficiens

2.º4. cum causa efficiens in com̄i dividatur, eque in causam principalem, et instrumentalem, quæ ab illa ratione com̄i participant veram rationem causæ.

Causa instrumentalis obedientialis est causa naturalis egens concursu causæ supernaturalis, et superioris ordinis ad producendum effectum supernaturalem; quare eadem entitas dicitur naturalis causa respectu effectus, quem per suas vires naturales efficere valet; obedientialis vero dicitur respectu effectus, si egeat concursu alio supernaturali; sic humanitas Christi Domini fuit causa instrumentalis respectu miraculorum; sic intellectus, et voluntas respectu actuum supernaturalium; et aqua baptismi respectu gratiæ sanctificantis in sententia aliquorum: ubi adverte, quoties non reperitur in qualibet causa naturali virtus inchoata activa, toties nequit elevari, ut instrumentum ad effectum supernaturalem producendum; ut de potentia obedientiali in com̄i dictum sat est, et inferius capite sequenti dicendum.

Præmitto 3.º, causam instrumentalem talem dici per ordinem, et comparationem ad causam principalem, á qua adiuvatur, vel elevatur ad producendum effectum; nam causa instrumentalis, vel est imperfectior effectu, et sic indiget concursu causæ perfectioris adiuvantis, vel non habet virtutem naturalem sufficientem ad effectum; et sic eget concursu supernaturalis virtutis illam elevantis: at causa principalis non dicitur talis per ordinem ad causam instrumentalem; siquidem sine instrumentis potest causa principalis plures effectus producere, v.g. Deus. Unde causa principalis dicitur proportionata respectu effectus producendi; instrumentalis vero improportionata; cum sit imperfectior effectu; vel solum ad illum dicit ex se virtutem inchoatam.

Præmitto 4, non esse de ratione causæ instrumentalis accipere aliquam motionem, seu impulsum á causa principali, ut operetur; nam licet motionem hanc admitta

mus in instrumentis artis; at in causa instrumentali naturali otiosa est, et inutiliter a Thomistis adstruitur; nam illa non requiritur, ut calor v.g. habeat immediatam virtutem in effectum; nec, ut sit causa instrumentalis: ergo ad nullum finem requiritur.

ius eff.us illius; minor constat, nam fr̃a adveniens non constituit ut pars,
sive ut causa intrinseca expulsionem fr̃ae praesedentis.

Restat di-
cendum inprimis, quae sit caulitas secundaria causae m̃alis, et
fr̃ae, quae e eius eff.us secundarius? conveniunt omnes in eo, quod haec
secundaria causalitas nihil aliud sit, quam passio, et substenta-
tio subti, quâ substat, et patitur fr̃as, quae producuntur per genera-
tionem, et cum dependeat ex ali a subto: in quonam consistat haec
passio, et substatio, seu eductio, res valde difficilis explicatu e;
ad Dm sequentem attinebit explicare.

Modo investigamus se-
cundariam caulitatem, per quam fr̃a causet expulsionem

sive phicam, sive moralem frē prȩsedentis, quȩ expulsio ē eius effūs secundarius: pro quo animadverte, frām sive substantialem, sive accidalem n̄ habere aliquem influxum phicum in subtum, cum quo unitr, et q̄d informat; nam prȩdictus influxus sua falsitate se prodidit his nostris diebus, licet á plerisq̄ olim acriter defensabatr: impugnatr igitr 1o: nam influxus verus, et reatis frē substālis, qui in m̄ am n̄ ē narius, ut m̄a 1a producatr; nam Deus solus illam p creationem producit, neq̄ narius ē, ut m̄a dicatr dependere á frā; nam m̄a solum pendet ab illa á posteriori tanquam ab effū, n̄ á priori tanqm̄ á causa: 2o ad nihil deserviret iste influxus. 2o, q̄ iam causa creata videlicet frā substālis produceret p creationem m̄ am 1m; nam creare nihil aliud ē, q̄m efficienter producere p creationem; ā frā substālis p actionem creativam efficienter produceret m̄am: ḡo illam crearet.

Ulterius animadverte, quando frē sūt oppositȩ, quȩlibet habet exigeam nalem in actu 2o, quā petit, q̄d Deus cesset á ɔservatione frē prȩsedentis in subto, unde adveniente frā ɔa ria Deus n̄ ɔservat prȩsedentem frām oppositam, tum propter exigeam nalem frē advenientis, tum ne invertatr ordo nalis rerum á sua voluntate statutus: ast si frē n̄ sitnt oppositȩ Deus etiam habet prȩdictam voluntatem propter leges universi statutas ab ipso; et frā adveniente, licet hȩc n̄ destruat prȩsedentem in rigore phisico, ā tantum moralitr, ut sa dixi, Deus tunc cessat á ɔservatione prȩsedentis, q̄ decrevit n̄ ɔservare illam, si adveniat altera: vide caput 5m Disputationis 2ȩ de frā tracta.

Rursus animadverte, frā petens expellere in actu 2o frām á subto, n̄ ē prȩcissa entitas frē sm̄ se, ā prout unita subto; nam una frā n̄ expe

332 -ttit aliam a rerum natura; in hac non possunt connaturaliter ex-
istere forma ligni, et forma ignis: ergo secundum suas entitates praecisse non hab-
ent oppositionem, si in ordine ad subiectum; at quia non possunt simul exis-
tere formaliter in subiecto, nisi per unionem: ergo forma in actu 2o non petit ex-
pellere aliam a subiecto, nisi ut unita subiecto. Hinc est, quod ut forma
actualiter expellat aliam a subiecto, necessarium est, quod detur entitas formae
et entitas unionis: at ut forma expellatur a subiecto sufficit, quod deficiat unio
formae praecedentis cum subiecto, licet forma non deficiat.

Sit nostra resolutio; secun-
daria causalitas, per quam causa formalis expellit in actu 2o aliam formam
a subiecto, resultat formaliter ex entitate formae advenientis, ut unitae subiecto, et
ex voluntate divina de non conservanda forma, quae praecesserat in eodem subiecto;
probatur, quia posita forma adveniente de novo, ut unita subiecto, et posita
voluntate divina de non conservanda forma praecedenti, nequit non dari ac-
tualis expulsio formae praeexistentis; ergo praedicta duo formaliter constituunt se-
cundaria causalitas. Confirmatur; sola forma adveniens ut unita subiecto,
sive sit 3a via, sive non, non satis est expellere aliam, si absit voluntas
divina praedicta; neque haec sufficit, si non adveniat de novo forma subiecto: ergo illa
duo tanquam adaequata ratio actualis expulsionis causalitatem
secundariam constituunt.

Hic rogari potest, utrum Deus possit suppl-
ere causalitates causae materialis, et formalis? dico 1o, non potest suppleri
a Deo causalitas primaria causae materialis, et formalis; nam nullo modo
fieri potest, quod resultet compositum, ut effectus ex causa materiali, et
formali unitis inter se sine unione, quae est primaria illarum cau-
salitas: ergo non potest suppleri a Deo. Dico 2o; causalitas secunda-
ria utriusque causae bene potest a Deo suppleri; nam 1o tunc suppl-
etur causalitas secundaria causae materialis, quando ea forma, quae produc-
ebatur dependenter a causa materiali, producitur a Deo sine dependentia
ab illa causa; et hoc de facto praestat Deus in accidentibus Eucha-

xistit, quae inde pendent a causa mali separantur. Secundo potest Deus expellere a materia formam ligni, licet non adsit forma ignis, aut alia, quae expellat, aut exigat expellere formam a materia: ergo potest Deus supplere causalitatem secundariam causae formalis. 338

Disputatio 3a.

An sit eductio, quae est secundaria causalitas causae materialis?

Caput primum sententiae DD. referuntur, et refelluntur.

Ante disputationis ingressum aliqua praemittenda iudico; primum est, causalitatem secundariam causae materialis solum attingere illas formas, quae educuntur de potentia materiae; quoniam formae quae nunquam educuntur nullo modo causantur a materia. Deinde est, causalitatem secundariam non esse eam, quam materia tantum exercet primariam esse dictam est primarium, et non exercet eandem secundariam causalitatem circa compositum, et non exercet eandem circa formas, imo nullam exercet circa animam rationalis.

Deinde est, nomine causae materialis circa effectus secundarii nihil aliud intelligi, quam subiectum non solum receptivum, id est et passivum, et sustentativum formae, quae ex eius potentia educatur. Quartum hoc nomen passio solere usurpari multoties pro qualibet qualitate producta per emanationem tanquam rei proprietate, ut calor immanens in igne; etiam passiones dicuntur immodicae affectiones animi, male a subiectis rationi, ut affectus immoderati honoris, aut divitiarum etc. item dicimus pati id quod contra naturae inclinationem accidit; in his tribus acceptionibus non loquimur: solum accipitur in praesenti pro exercitio, quo subiectum patitur, et subiectat eas tantum formas, quae essentialiter dependent ab illo subiecto per generationem, et quae dicuntur

334 educi de potentia illius; unde hoc exercitium dicitur passio, a qua subiectum denominatur formaliter patiens, et sustentans; et similiter dicitur educi de potentia subiecti forma, quod idem formalissime est.

Investigamus ergo, quaenam sit essentia, et natura passionis, seu eductionis. Ante paucos annos frequentissima inter scriptores, et satis celebris sententia fuit, eductionem formae, nempe causalitatem secundariam materiae consistere in influxu reali, et reali proveniente in formam; ita ut per illam actionem, per quam forma ... producitur effective ab agente, produceretur etiam a materia per eandem actionem; unde eadem actio est causalitas utriusque causae efficientis, et materialis; quatenus enim per illam causa efficiens influit, dicitur actio; quatenus vero per illam subiectum influit, dicitur passio: pro hac sententia stant Patres Rubius, Fonseca, Conimbricenses, et alii.

Sed primus omnium, qui hunc influxum aperte infitiatus est, fuit Pater [illegible] libro 8o de summo bono, quem sequuntur [illegible]. Impugnatur primo a nobis, quia causalitas secundaria materiae in eo consistit formaliter, quod omnes formae materiales essentialiter dependeant a materia ex vi productionis; sed ad istam dependentiam ex vi productionis superfluit ille influxus; ergo non est admittendus; maior constat, minor patebit ex probatione nostrae sententiae.

Secundo impugnatur, quia nequit intelligi quo pacto subiectum vel materia, quae est substantia imperfectissima, et ignobilior qualibet forma substantiali, possit influere, et causare quantam entitatem tot, tamque diversis formis substantialibus, et accidentalibus, cum nulli alteri causae creatae efficienti eius modi virtus concedatur ad tot effectus specie distinctos: ergo perfectior esset materia omnibus causis efficientibus.

Respondent adversarii, influxum materialem esse ex se valde imperfectum, quia petit, ut subiectum mutetur, seu uniatur cum

fra in quam influit; secus autem in causa efficienti, quae ideo est perfectior causa materiali, quod non unitur cum effectu, in quem influit. Contra est, quod quod uniatur, vel non uniatur substantiam cum forma non facit, quod sit minor virtus illa, quae vere influit in formam; nam eadem virtus manet applicata per actionem ad formam: ergo influxus causae materialis non esset imperfectior; imo perfectior esset; quia extenditur ad infinitos per effectus, ad quos influxus causae efficientis nequit extendi.

Secundo impugnatur quia si materia influeret per actionem in formas, illa esset causa efficiens formarum; hoc est inauditum; ergo vere non influit in formas. Probatur sequela; quia causa efficiens est, quae influit per operam, et realem actionem; et ipsa tantum haberet materia ut in effectum adaequate a se distinctum; ideo ergo. Respondent, materiam non esse causam efficientem, quia unitur cum forma, quam producit; at causa efficiens non unitur cum effectu producto. Contra est, quia causa efficiens immanens, v.g. anima rationalis respectu intellectionis, quam producit, etiam unitur cum ipsa intellectione, quia ex unione cum effectu non excluditur materia a ratione causae efficientis. Dices, animam habere rationem causae efficientis, quatenus influit in intellectionem, et rationem causae materialis, quatenus unitur cum illa. Egregie; dicetur etiam materia erit causa efficiens, quatenus influit in formam, et recipit, et erit causa materialis, quatenus cum illa unitur.

Secunda sententia aliquorum, quam docet, passionem, seu eductionem consistere formaliter in actione productiva formae, quae actio licet recipiatur in ipsa forma, essentialiter tamen respicit unionem formae cum subiecto. Sed ni fallor, gratis asseritur, et contra hoc essentialis connexio inter actionem productivam formae, et unionem eiusdem cum subiecto; nam actio essentialiter connectitur cum agente, cum subiecto, et cum termino; at unio formae non est terminus, non agens, non subiectum; ergo fictitia est talis essentialis dependentia inter utramque; siquidem

336 una non est modus alterius, neque exercet aliquod munus circa aliam. Praeterea si deficiat unio, et actio aliqua maneat, quamquam aequum essentialiter pendeat a subiecto, dabitur passio subiecti: ergo haec non consistit in connexione actionis cum unione. Dices, non implicare talem connexionem essentialem utriusque. Contra est, quia non est sufficiens fundamentum ad admittendum de facto praedictam connexionem, quod ea sit possibilis, forte in qualitate illius aliquid fundamentum involvitur, quod nobis de facto manifestet.

Tertia sententia asserit, passionem consistere formaliter in actione productiva formae in data realiter cum unione eiusdem ad subiectum. Haec sententia satis a nobis debellata est, cum opinati fuerimus tractatu 4 de unione sectione capite 5o, actionem generativam, seu eductivam realiter distingui ab unione; dicitur non uniri cum termino producto, quod solum recipitur in subiecto termini; ac proinde non est unio substantiae cum subiecto; quod dependet forma a subiecto tamquam a causa; non tamen passionem formaliter unitur.

Quarta, et verissima sententia semper nobis arrisit, et tenetur; causalitatem secundariam, seu passionem cuiusque materialis consistere formaliter in actione productiva formae competenti essentialiter recipi tamquam in proprio subiecto in subiecto formae; unde fit, quod eadem numero entitas actionis prout deducitur, et derivatur ab agente, dicatur actio; prout vero petit recipi in materia tamquam in subiecto inhaesionis propriae dicatur passio, eductio et subtractio formaliter. Pro hac sententia stant ingeniosissimi ... quid autem fundamentum stet, sequens caput iam declarat.

Caput 2um. Fulcitur, et oppositis obsistit nostra sententia.

Quartam sententiam relatam propter fundamentum et efficaciam tueri tenemus; tamen sit primum id formaliter causatur materialiter forma a subiecto, quod pendet essentialiter a subiecto ex vi suae productionis; ideo praecise, quod productio formae petat essentialiter recipi in subiecto formae, forma pendent essentialiter a subiecto ex vi ...

ex vi suæ productionis: ergo per id formaliter causatur materialiter à materia; maior est certa: minor constat; quia forma æquivoca nequit existere, aut conservari sine actione sui productiva: ergo eo ipso, quod actio petat recipi essentialiter in materia; ita ut, quod modus illius, nec de potentia Dei absoluta existere possit sine materia, forma æqui pendet essentialiter à materia quoad esse, et conservari ex vi suæ actionis.

Confirmatur, quia hæc dependentia formæ à subiecto, nequit consistere in influxu physico ad formam, neque in connexione essentiali, nec in identitate actionis productivæ cum unione eiusdem; nec aliud quid quam assignari valet, in quo consistere possit: ergo solum consistit in eo, quod actio productiva formæ recipiatur in subiecto, et ab illo essentialiter dependeat.

Secundum punctum sit; causalitas secundaria subiecti in formam est formaliter passio, seu subiectatio formæ; ideo præcise, quod actio productiva formæ recipiatur in subiecto formæ, intelligitur subiectum pati, et sustentare formam, cum subiectet eius productionem: ergo hæc actio, ut recepta in subiecto formæ est formaliter passio.

Quoniam sit, sic recte percipimus quomodo quodcumque subiectum formæ non sit activum, sed mere passive se habeat erga formas, quæ ab agente naturali illi introducuntur. 2o sic satisfit, cur formæ corporeæ educantur de potentia materiæ; nam eo ipso, quod actio materialis dependeat à materia, quæ in illa recipitur, satis patet, etiam formam dependere materialiter à materia, ut posterius illius actionis, qua deficiente, et formam interire, necessum est; et actione manente, et ipsam formam manere.

3o sic explicatur, cur materia dicatur pati solum formam corpoream, et illam subiectare; non vero formam spiritualem; quia cum recipiat in se immediate actionem, qua forma producitur, illam patitur, et consequenter patitur quod connexum est

·nario cum illa; at formam spiritualem, non dicitur pati; quia cum anima rationalis producatur actione creativa, quae immediate recipitur in ipso termino producto, seu ipsa anima, et non in subiecto illius; fit, ut ex vi suae productionis non constituatur dependens a materia: quare quodlibet subiectum dicitur ratione utriusque corporeae subiectum inhaesionis; at ratione utriusque spiritualis subiectum adhaesionis.

Arguitur contra 1o; causa materialis est vera causa formae, quam patitur, id absque influxu phisico non manet vera causa: ergo influxus phisicus adstruendus est. Confirmatur 1o: ideo causa efficiens vere influit in effectum, quia effectus educitur de potentia illius: ergo si forma educitur de potentia subiecti, subiectum vere influit. Confirmatur 2o: si anima rationalis uniretur unione incorruptibili cum materia, utique dependeret a materia, et tamen haec non esset causa materialis ratione animae; ergo ut sit causa materialis, necessarius est influxus subiecti in formam.

Respondetur negando maiorem; solum ratione effectus primarii, nempe compositi causa materialis est vera causa intrinseca. Ad primam confirmationem distinguo antecedens; ideo vere influit, quia effectus educitur de potentia activa illius; concedo antecedens: de potentia passiva illius; nego antecedens. effectus non continentur in potentia activa causae efficientis, quae ideo efficienter influit in illos: formae autem solum continentur in potentia passiva causae materialis, quae non influendo, id patiendo, et sustentando formas causat. Ad 2am negatur consequentia, concessa maiori, et minori; non nisi praecise, quod datur dependentia formae a subiecto, datur passio subiecti; id requiritur, quod datur dependentia ex vi actionis productivae formae: ut a nobis ponitur, et explicatur absque omni influxu phisico in formam.

Arguitur 2o; actio quae primario recipitur in termino, quem producit: ergo falso supponimus, actionem eductivam formae recipi in passo, sive in subiecto termini. Confirmatur 1o; potest salvari ratio eductionis, et passionis, si actio, quae essentialiter dependeret a subiecto formae, reciperetur in forma: ergo non requiritur, quod re

cipiatr in subto. Confratr 2o; nequit dari naliter fra educta ex subto, quin sit unita cum illo; et tn actio eductiva n exercet aliqd munus et unionem frg; go debet admitti conexio intr actionem eductivam, et unionem, et coentr p illam conexionem passionem ostitui.

Rebis, ut latius lib 1o 8o, actionem eductivam n posse recipi intro; nam eo ipso, qd dependeret a subto in illo reciperetr: in hoc n distinguitr ab actione creativa. Ad im pbraonem nego ans; q si ita se haberet illa actio, nec esset passio; q ex vi illius subtum n substaret fram; nec esset creatio; q dependeret essaliter a subto; et coentr fictitia illa actio esset. Ad 2m distinguitr coens; debet admitti talis conexio mata, Icedo coam; immata, nego coam: nam cum actio eductiva frg conectatr nario cum fra, et hec naliter existere nequeat sine unione ad subtum, fit, qd solum mate conectatr eductio frg cum unione eius dem.

Caput 3m.
An fris conveniat educi de potia subti resolvit

Meam fidem exspondi libro 1o tractu 3o De ea capite 2o in hunc locum disputatum vre, an frg, et quales educantur de potia mg, et cuiuscunq subti. Hic clarius et dilucidius rem totam oficiam, supposito iam, qd eductio, seu generatio sit productio frg dependentr essaliter a subto, in quo naturalis recipiatr, tanqm in proprio subto cionnato; ac proinde de fra, que educitr pendeat essaliter a ma ex vi actionis, qua producitr.

Suppono preterea; dari discrimen aliud preter assignatum intr actionem eductivam, et actionem crea=

-344- tivam; actio n. creativa creatur sicut terminus per illam productus, et non independens a subiecto inhaesionis: at actio generativa generatur sicut, et terminus, quem producit; nam et ipsa educitur ab illo subiecto, cui inhaeret, et de cuius potentia educitur terminus generatus.

Rursus suppono discrimen inter animam rationalem, et omnes formas materiales; quam illae separatae a materia existere nequeunt naturaliter; anima vero rationalis naturaliter separata a materia existere potest, suasque operationes exercere: et ratio est, quia illae per actionem generativam; haec autem per actionem creativam producitur: inde minor dependentia reperitur in anima rationali; dixi minor dependentia, quia anima pro tunc quod, et pro primo instanti suae creationis, in quo requirit tamquam conditionem materiam ..., dependet ab illa; non tamen absolute, quia non dependet tamquam a causa materiali, et proprio subiecto inhaesionis ex vi actionis, qua producitur.

Duplex igitur difficultas controverti hic videtur; prima est an formae materiales, quae educuntur de potentia subiecti, praecontineantur in illo; itaut prius in illo praeextiterint; nam materia, quia est causa materialis formarum corporearum, illas praecontinere debet, cum quaelibet causa suos effectus praecontineat, quos producere potest. Error antiquorum Philosophorum fuit, formas materiales priusquam ab agentibus naturalibus generarentur, praeexistere in subiecto secundum totum suum esse, et in eo subiecto abscondi; postea vero in lucem edi per generationem, tamquam si ex aliquo carcere, quo in ... tenebantur, educerentur: cuius erroris fortassis resolutionem peperit nomen eductio, quod significare videtur extractionem rei ab aliquo occulto loco ad ... ...

Alii vero Philosophi deinde ... opinati sunt, formas materiales non praeexistere in subiecto secundum totum suum esse, sed secundum aliquid sui; itaut solum praeexisterent in subiecto quaedam inchoationes formarum, quas agens naturale perficeret, et ad in

treyras fras reduceret. Demum Durandus quasdam formarum qualitates in subto apposuit, que destruerentr ab agentibus nalibus p adventum formarum.

Sed predicte opiones oes iam corruere, tan in intelligibiles e; nam si forme preexisterent in subto s^m totum suum ee, plures ex illis essent contrarie, que se mutuo expellunt ab eodem subto; Vg forma ignis, et forma aque, intensus calor, et intensa frigiditas, que naliter possent existere in eadem subto, qd Philosophia n admittit. Sa secunda opinio falsa e; nam ille formarum inchoationes, que in subto preexisterent; essent partes aliquae formarum; et plures opposite intrse; nam pars ignis produxit intensum calorem; et pars aque intensam frigiditatem, que naliter possent simul persistere. Preterea ille partes formarum n generarentur ab agentibus nalibus; cum iam supponantur existentes in subto: ergo forma n diceretur generari s^m totum; sed s^m aliquam partem. Ad opinionem Durandi dicendum e si vellit signare p illas qualitates aliqd actuale preexistens in subto, vere impugnatur rationibus precedentibus: si nihil actuale signet, nihil erit; cum id qd potentie e, actu nihil sit.

Unde assero, formas omnes materiales, que educuntur de potia subti, precontineri solam virtualiter in illo; sicut quivis effus in sua causa contineatur; que continentia n arguit preexistam formalem formarum; sed solum virtualem, id e subtum habere virtutem ad causandas formas materiales recipiendo immediate earum actiones generativas. Nec e, qd causa efficiens debeat habere maiorem, vel equalem perfectionem cum effu quod continet virtualiter effum; nec ex ratione cause precisse; sed qd e causa principalis, que habet nobiliorem modum causandi: at causa materialis licet imperfectior sit qualibet forma substali, adhuc potest virtualiter precontinere in se formas, quas ex sua essa recipere

§ 2 et pati valet.

Secunda difficultas est, quaenam formae educantur de potentia subiecti, sive subiectum sit materia, sive quodcunque aliud dependentia quo aliqua forma producatur? tenendum est, omnes formas naturales, quae producuntur per generationem, sive sint substantiales, sive accidentales, corporeae, aut spirituales; absolutae, vel modales, educi de potentia suorum subiectorum, id est, virtualiter contineri in virtute illorum ad illas naturaliter causandas.

Imprimis omnes formae substantiales corporeae educuntur de potentia materiae; alioqui crearentur, possentque naturaliter existere independenter a materia, possetque forma equi, et leonis exercere suas operationes, sicuti anima rationalis, quod falsum esse, omnes fatentur: ergo formae praedictae petunt ex potentia materiae educi. Hoc ipsum intellige de formis caelorum, elementorum, quae in prima mundi conditione revera fuerunt eductae ex potentia materiae, ut diximus libro 1 tractatu 1o De Caelo capite 1o: licet oppositum teneat sententia Suarez iudicantis formas caelorum fuisse creatas ex illud Genesis capite 1o, in principio creavit Deus caelum, et terram: at illud verbum creo late accipitur in sacra scriptura saepissime pro eodem ac producere, sicut et a latinitatis authoribus usurpatur.

Secundo omnes formae accidentales absolutae corporeae educuntur de potentia materiae; nam omnia accidentia, quae ab agentibus naturalibus producuntur, dependenter a materia fiunt; alioqui agentia naturalia vim creandi haberent. Tertio accidentia absoluta spiritualia, sive naturalia, sive supernaturalia educuntur de potentia sui subiecti, sic gratia de potentia animae; visio beatifica de potentia intellectus educuntur; nam omnia haec accidentia petunt produci a subiecto, cui inhaereant, siquidem actio, qua producuntur, eius naturae est, ut essentialiter pendeant a subiecto.

Quarto omnes formae modales, sive corporeae, sive spirituales, naturales, aut supernaturales educuntur de potentia subiectorum

quorum modiss: et ratio ē, q̃ omnes modi essaliter pendent in sua productione à subs̃tis; sic unio; sic actio generativa; sic ubicatio se habent; si excludas actionem creativam, quę licet modus, tn̄ n̄ educitr de potiā subti, ut libro 8o expendam.

Tractus 4s

de causa finali, nec n̄ causa exemplari

Peractis iam causis phisicis, et realibus, quę ante omnem intus operaonem influunt, ad causas intentionales tractationem nostram dirigimus; intr quas potissima causa finalis merito obtinet locum; ut pote vel ipsi theologi ad theologicas dissertationes extricandas eius notiam appulerint: causę n̄ exemplaris expositio paucis absolvitr, fortassis pene nullius frugis ē: utriusq; tn̄ in periculum adducimus naram, reliqua quę ad eius discussionem ɔducentia: adeste animis.

Disputatio 1a

causa finalis, eiusq; virtutis motivę ɔstitutivum explanatr.

Caput 1um causam finalem definit, et indagat.

Etsi noen <u>finis</u> in rigorosa acceptione usurpetr pro eo qd ē terms, seu extremitas rei, in quam res finit, et ultra n̄ progreditr, ut ultimum punctum lineę dicitr eius finis; et mors vitę finis: adhuc in pręsentiarum accipitr metaphorice ad signandum id, ad qd ultimo diriguntr operaones agentis, et ultra qd n̄ progreditr eius intentio; quare n̄ immerito dicitr finis; et q̃ in illo sistit intentio agentis; et q̃ ē illud qd prius ē in intentione, et posterius in executione, ut coē prologuium dictitat.

344 Restio finis ex Aristotele varis in locis sic definitur: finis est id, cuius gratia aliquid fit; vel ut alii, cuius amore aliquid fit; vel ut clarius dicam, id propter quod consequendum aliquid fit: exemplum sit in hoc aegroto, qui propter instaurandam, et consequendam sanitatem amaram potionem bibit, ubi sanitas est finis, cuius amore ille movetur, et impellitur ad potionem sumendam.

Unde sequitur, quod finis ametur, quia cognoscitur bonus; et reliqua media amentur, quia finem amore prosequimur, et licet illa media, quae amantur propter finem, saepius in se nullam habeant bonitatem, nisi intuitu finis; at finis aliquam in se bonitatem debet habere saltem existimatam, cuius cognitione, et amore media in finem tendant: quare non requiritur ad rationem finis, quod ipse in se, et a parte rei bonus sit; sed quod referatur ut bonus ad nostrum intellectum.

Sed adverte 1o: triplex ratio bonitatis vulgo assignatur, 1m bonum honestum; sic se habent actus virtutum, et quod decens, et decorum est: 2m est bonum commodum, quod ad usus nostros, vel ad aliarum rerum utilium consequutionem conducit: 3m est bonum delectabile, in cuius amore ducitur voluntas complacentia sui, vel delectatione aliarum potiarum; ex his tribus bonis aliquid necesse est, quod amplectatur voluntas, ut in finem suas operationes dirigat.

Adverte 2o: particulam propter signare proportionem finis cum mediis, ita quod propter eam connexionem, et proportionem cognitam moveatur voluntas ad agendum, et operandum. 3o eadem bonitas potest esse medium, et finis respectu diversorum actuum, sicut potio ametur, quia est suavis, ita ut propter eius delectationem illam aegrotus amplectatur, utique bonitas potionis habebit rationem finis; si tamen eandem potionem ille appetat propter valetudinem, potio erit medium, et valetudo erit finis.
Quarto illae res, quas Petrus verbi gratia amat propter seipsas, non finis

illa ergo, quas amat propter alias, si media; actus, quo finem amat, dicitur intentio, quo vero amat media, dicitur electio.

Duo dubitabiliter indaganda veniunt; primum est, an finis sit proprie causa? 2um an sit causa phisica, vel solum moralis, seu intentionalis? quoad primum attinet, dico, finem non esse vere, et proprie causam, sed solum metaphorice: ratio est; quia causa est illa, quae confert entitatem alteri; sed sanitas v.g. non confert entitatem potioni, aut applicationi potionis, quae est medium: ergo finis non est proprie causa mediorum. Confirmatur; finis eatenus solum est causa, quatenus movet, et allicit voluntatem ad exequenda media; sed allicere voluntatem ad exequendum media, non est dare existentiam mediis, aut eorum executioni: ergo non est proprie causa: minor patet exemplo illius, qui persuasit furtum; nam licet moverit voluntatem alterius ad iuvandum, ipse tamen non est causa furti, dando per se illi existentiam.

Secundum est an finis sit causa phisica, vel solum moralis? ex dictis infertur solum esse causam moralem intentionalem; et ratio est; quia causa phisica requirit existentiam realem ad causandum; sed finis non requirit existentiam ad causandum; imo causare potest repugnante omnino existentia illius: ergo non est causa phisica. Quod autem sit causa intentionalis, patet; nam quatenus habet existentiam intentionalem, et cognoscitur ab intellectu causat effectum. Quod dicatur causa moralis dicatur constat, quia causa moralis dicitur illa, quae etiam si phisice non det esse effectui, illi tamen tribuitur in prudentum estimatione, sic qui suadet furtum, licet ipse non furetur, censetur causa furti; sed ita se habet finis movendo voluntatem: ergo est causa moralis. Unde effectus, ut effectus vere ponatur in re: ergo est causa moralis. Unde effectus vere pendet à causa finali morali improprie causante.

Obiicies; finis causat ante omnem operationem intellectus fingentis: ergo est causa

348 realis, et phisica; probatur cons; illud non est reale, quod est ante operationem intellectus fingentis: quod si sanitas movet voluntatem ante operationem intellectus fingentis ad querenda medicamenta, erit causa realis, et phisica. Confirmatur, finis causat per causalitatem realem scilicet per cognitionem, que est aliquid verum, et reale, et insuper causat effectum realem, scilicet actum amoris, quem voluntas elicit ad amandum finem, et eligenda media propter eius consequutionem: ergo est vere, et proprie causa realis.

Resp. distinguendo ans; finis causat ante omnem operationem intellectus fingentis metaphorice, concedo ans; proprie, nego ans: ut non esset causa phisica, necessarium erat, quod ante omnem operationem intellectus fingentis proprie, et phisice entatem daret effectui: causa finalis non ita se habet; quam licet sine fictione causet, non tamen causat phisice, et proprie; sed tantum per metaphoram dicitur suum effectum causare, que metaphora non est fictio intellectus, sed solum accomodatio nominis ad aliam rem signandam propter aliquam similitudinem.

Ad confirmationem distinguitur ans; finis causat per causalitatem realem, que propria sit in ratione causalitatis, nego; aliter: que sit propria ans: sicut enim homo pictus est vere, et realiter pictura, et solum metaphorice homo, ita cognitio est vere, et realiter cognitio in se, et respectu finis metaphorica causalitas.

Caput 3m

divisiones finalis cause, et eius effectus enumerantur.

Dividitur 1o finis in finem qui, et in finem cui; finis qui est bonum quod desideratur, et appetitur. finis cui est Persona illa, cui appetitur, sic quando quis desiderat Petro egrotanti sanitatem, et ex hoc desiderio apponit media, ut Petrus sanitatem obtineat;

sanitas ē finis, qui; et Petrus finis cui: at censuere aliqui, solum finem cui ēē proprie causam finalem, nō vº finem, qui; et probant; q finis, qui nō amatr propter se; d propter finem cui; ego nō amo sanitatem Petri propter ipsam sanitatem; d potius propter Petrum: gº potius Petrus, qm sanitas, ē proprie finis.

Dicendum nobis ē cum cōi DDm, solum finem, qui ēē proprie finem; nam ille ē proprie finis, propter quem assequendum aliqd fit; et ad cuius assecutionem ordinantur media; d medicamenta v.g. nō fiunt propter assequendum Petrum; d propter assequendam sanitatem Petri: gº sanitas, seu finis qui ē proprie finis: unde respondendum ē adversariis, sanitatem nō amari propter Petrum; d amari propter se, Petro, sive ut bonam Petro.

Secundo dividitr finis in finem, quo, et in finem qui; id ē in finem obtivum, et finem fᵒralem: obtivus ē ille, qui se habet, ut obtum actu nostrorum actuum; v.g. amor divitiarum habet pro obtō, et fine obtivo divitias: fᵒralis ē, qui sibi pretendit ipsam possessionem, v.g. si quis amaret nō solum divitias; d actum gaudii resultantem ex possetione divitiarum, ille actus gaudii foret finis fᵒralis: similitr potest quis amare actum visionis Dei, in quo ɔsistit fᵒralis beatitudo; et potest obtum actus v.g. Deus amore prosequi, talis actus ē finis fᵒralis; Deus autem finis obtivus.

Tertio dividitr in finem efficiendum, et finem obtinendum: efficiendus ē, qui vere et realitr fit ab ipso intendente, qualia artefacta sunt v.g. artificis: finis obtinendus ē, qui intenditr, et nō fit ab ipso intendente, d ab alio; v.g. qui intendit calefactionem, obtinet finem qd ignis v.g. calefaciat, quin tn ipse efficiat calefactionem.

Quarto dividitr in finem operis, et in finem operantis: ille dicitr finis operis, cum quo opus ex nāra sua habet conex

§ 4.º ionem; ut actus speculativus, qui ex se ordinatur ad veritatem in indagandam: finis operantis est, in quem ordinat opus ex intentione agentis; ut qui navat operam scientiis speculativis ut media illa honorem assequatur, vel dignitatem Ecclesiasticam.

Ultimo dividitur in finem ultimum, et non ultimum: ultimus est, ad quem omnes alii fines ordinantur, ipse autem ad nullum ordinatur, neque amatur propter alium. non ultimus finis est, qui ad alium ulterius dirigitur, et ordinatur, licet propter se ametur, et in ordine ad illum consequendum adhibeantur media. Ut si aegrotus intendit sanitatem, et ad sanitatem consequendam ebibit potionem, et Phlebotomiam patitur; nec propterea sistit in ipsa sanitate; sed illam amat, ut efficiat opera meritoria, quibus salutem aeternam consequatur, vita aeterna est finis ultimus; et sanitas finis non ultimus.

Circa hanc divisionem dubium excitavit Pater Vasquez, utrum finis non ultimus sit proprie finis, cum fines intermedii reipsa media sint? negative respondet ipse Vasquez, 1.º quia Aristoteles asserit finem esse illum, cuius gratia caetera fiunt; ipsumque non fieri gratia alterius: 2.º finis non ultimus est medium utile ad alium finem: quod nequit amari, ut finis: 3.º sequeretur, quod aliquid creatum, quod Deus vult tanquam medium ad suum honorem, et gloriam, possit habere rationem finis operis Dei.

Affirmative respondeo cum veriori sententia; quia ille est finis, cuius gratia aliquid fit; sed finis non ultimus sub una ratione potest amare propter se, et movere, ut alia fiant propter ipsum: ergo; quod autem sub alia ratione sit medium, non inde infertur, sub nulla ratione finem esse: unde Aristoteles intelligendus est praecise sub ratione, qua medium est. Etiam ad 2.um aliqua ratio bonitatis reperiri potest in fine non ultimo; nam ieiunare, precari, et cetera utilia sunt ad vitam aeternam consequen-

dam, et insuper in se honesta &c. Ad 3m nullum est inconveni-
ens, quod Deus habeat pro fine non ultimo aliquid creatum.

Secunda huius capitis pars est, quot, et quinam actus dicantur effectus causae finalis? 1o suppono, cum aliquid fit, vel amatur propter finem, multi actus solent concurrere, licet non semper omnes, et eo ordine, quo hic numerantur; praecedit igitur cognitio bonitatis finis, quae voluntatem movet et ad sui amorem; tunc 1o voluntas elicit amorem inefficacem finis, aut simplicem complacentiam in bonitate illius, quin de fine obtinendo adhuc cogitet, aut decernat: subiungitur 2o efficax desiderium obtinendi finem: 3o efficax decretum, quod vocatur intentio, qua voluntas sese ad finem obtinendum determinat: 4o cognita per intellectum proportione mediorum cum fine, et facta inquisitione illorum illorum, efficit voluntas actum, quo amat media proportionata ad finem consequendum, qui vocatur electio: 5o sequitur executio externa mediorum: sexto consequutio finis: septimo tandem actus gaudii, quo voluntas gaudet bono possesso. Ex his vero actibus quidam dicuntur eliciti a voluntate, id est, qui immediate a voluntate efficiuntur, qui et imperantes vocantur, ut amor, intentio, electio, gaudium; quidam dicuntur imperati, id est qui ex motu, et ordinatione voluntatis ab aliis potentiis efficiuntur; ut motus localis, executio externa mediorum, etc.

Secundo suppono, electionem mediorum, et executionem externam apud omnes Philosophos esse proprie effectus causae finalis; nam quocumque modo explicetur dectio finis, vere electio, et executio mediorum fiunt gratia finis, et in ordine ad finem consequendum. Unde ut electio sit proprie effectus finis, non requiritur quod ipsa reflexe ametur, sed solum quod eliciatur a voluntate mota, et determinata per amorem finis ad eius consequutionem: insuper

510. actiones externę, sive executio mediorum, ut sint effūs finis, sufficit, qđ sint liberę in alio, vt in actu interno imperante qui liber ē.

Tertio cognō bonitatis finis n̄ ē effūs illius, n̄ apparet modus, quo finis posit causare cognem sui. Item cognitio, et inquisitio proportionis mediorum ad finem, n̄ ē effūs finis. Hoc etiam dicendum de consequutione finis; nam consequutio sanitatis vg ē ipse finis intentus a voluntate; at ꝙ adeo n̄ ē effūs ipsius sanitatis. Rursus gaudium de fine posseso n̄ ē effūs finis, ut finis ē, q̄a ut aliqđ sit effūs finis, debet fieri propter finem consequendum; ꝰ gaudium de bono posseso n̄ habetr propter finem consequendum, cum supponatr iam possessus talis finis: ꝰ.

Quare tota questio de voluntate ad amorem finis sive efficacem, sive inefficacem; ide complacentiam simpliciter in bonitate illius, sive desiderium efficax: defendendum nobis ē, tam actus amorem, sive efficacem, aut inefficacem, et desiderium efficax, aut inefficax n̄ ēē effūs finis, ut talis. Et ita Pr. Vasq. 1a 2ę Dis. 5a capite 2o, et quamplures RR: probatr; nam finis ē illud, cuius amore cętera fiunt, ꝰ amor finis n̄ fit ex amore finis: ꝰ amor predictus n̄ ē effūs finis: illi n̄ sˀ solum effūs finis, qui presupponunt amorem finis, quo amor de trat ad eos effūs.

Insuper probatr; ꝙ nusquam in voluntate fit aliqđ propter finem consequendum, nisi voluntas ordinet actum suum ad finem consequendum; ꝰ voluntas quando amat finem, n̄ ordinat amorem suum ad finem consequendum: ꝰ amor finis n̄ fit a voluntate propter finis consequutionem. Confirmatr, si amor finis esset effūs causę finalis, nullum esset obiectum voluntatis, qđ n̄ esset causa finalis q̄ cuiuslibet actus amoris; ꝰ hoc ē falsum, siquidem multa amamus, et n̄ ut finem consequendum illa nobis pro

ponimus; obiectum ut obiectum nostrae voluntatis se habent: unde non sufficit, quod bonitas obiecti moveat amorem, ut tale obiectum sit causa finalis; sed requiritur deinceps, ut moveat ad sui consequutionem. Quare definitio Aristotelis sic intelligenda est, cuius consequendi gratia aliquid fit. Ex dictis infertur, solam electionem, et executionem externam, seu actiones externas mediorum, ut sic notavi, esse effectus causae finalis ut talis.

Caput 8um;

In quo constituatur formaliter virtus motiva finis concludit

Cum certo certius sit ex dictis, quemlibet finem debere esse saltem apparens bonum; et sic ipsam bonitatem petere, quod cognoscatur cum nihil sit volitum, quin praecognitum, dubitamus an cognitio sit ratio formalis motiva, seu media qua moveat finis: vel an cognitio tantum sit mera applicatio finis, ita ut tota ratio formalis movendi sit in ipso fine, et nullatenus in cognitione.

Pro difficultatis expeditione praenotabis 1o vulgo assignari duplex formale motivum voluntatis: motivum scilicet formale quod, id est obiectum illud, quod habet bonitatem, et alii vocant obiectum materiale; alii vero, obiectum per motum: aliud motivum est formale quo, id est ipsa bonitas, quae relucet in illo subiecto; et ut alii malunt, dicitur obiectum formale motivum; vel ut alii, motivum proximum.

Praenotabis 2o, cognitionem proponentem bonitatem finis in sic praedicto non esse motivum formale quod, neque motivum quo, id est amoris, quia finis amatur, et ratio est, quia tam subiectum bonitatis, quam ipsa bonitas movent voluntatem per modum obiecti cogniti ad sui amorem; sed cognitio finis non est obiectum cognitum, cum non cognoscatur per aliam

 cognem, nec ipsa amet: ergo cognitio proponens obiectum bonum quae est motivum formale quod, nec formale quo. Ergo nos solum loqui de cognitione directa, quae proponit obiectum bonum, et quae reflexe per aliam cognitionem non attingitur; nam si cognitio per aliam cognitionem repraesentetur ut bona, certum est illam movere posse voluntatem ad sui amorem; qui desiderat veritatem scientiam acquirere, amat ipsam cognitionem veritatem, quae ut amabilis voluntati proponitur, sic ipsa visio Dei, et contemplatio divinarum perfectionum se habet.

Quaestio restat ut rogamus an finis constituatur in ratione moventis per cognitionem tanquam per rationem formalem, non quidem tanquam per rationem formalem intrinsecam, in quam tendat actus voluntatis, sed per rationem formalem, quae etiam non detrahet, et moveat extrinsece voluntatem ad actum amoris, vel potius sit tantum conditio, et mera applicatio, ut finis moveat. Haec difficultas pro coincidit cum illa, quam discussimus in logica, an praemissae formales simul cum obiectis sint ratio formalis motiva, vel solum, ut mera conditio requisita actus solutionis; et meo iudicio haec praesens quaestio de nomine solum est, an illa cognitio dicenda sit mera conditio, vel ratio formalis extrinseca, ut quo: varie varii Doctores suum iudicium ferunt.

Sit solutio 1a, cognitio proponens bonitatem finis, physice non movet, sed tantum se habet, ut mera conditio necessario requisita actus amoris quo finem amamus: probatur, quia talis cognitio non habet aliquam causalitatem physicam in amorem, sed solum est applicatio virtutis intrinsecae motivae finis: ergo solum in genere physico habet rationem conditionis requisitae amoris, sic applicatio virtutis intrinsecae ignis ad passum dicitur conditio requisita combustionis, quae in genere physico non est virtus comburens, nec causalitas, nec actio: unde sola bonitas finis physice movet.

Sit solutio 2a, cognitio solum movet intentionaliter

est ratio formalis reducendi ad actum secundum virtutem intrinsecam 213
motivam finis: haec solutio praecedenti non opponitur, nam stat optime, quod cognitio in genere physico, quae intrinsece non movet, quia non est virtus intrinseca motiva amoris, habeat rationem merae conditionis sine qua non amoris; et simul in genere intentionali sit causalitas metaphorica sine qua non eiusdem amoris; sicut applicatio ignis ad comburendum est in genere physico mera conditio sine qua non combustionis; et simul est ratio formalis applicandi virtutem productivam, ut comburat; et tamen moraliter censetur causalitas sine qua non illius, qui applicat ignem domui stuppae ut illam comburat.

Probatur solutio; quia bonitas obiecti non movet in actu secundo voluntatem ad sui amorem, nisi si cognoscatur; ergo actus secundus motionis intentionalis, et ratio formalis applicandi virtutem intrinsecam motivam finis est cognitio; probo consequentiam; quia aliquid debet assignari, per quod bonitas finis constituatur formaliter movens in actu secundo, quod nihil aliud est, nisi cognitio: ergo illa constituit actum secundum movendi: probatur minor, quia ablata praecise cognitione, bonitas finis non movet in actu secundo; et illa praecise posita, datur quod quid requiritur, ut bonitas finis moveat in actu secundo: ergo cognitio est virtus motiva intentionalis extrinseca, et metaphorica, et ratio formalis reducendi ad actum secundum virtutem intrinsecam motivam finis.

Hinc dico 1o, quod cognitio finis sit tantum virtus motiva ut quo intentionalis, quatenus est applicatio virtutis moventis finis, non quod sit formaliter ipsa virtus intrinseca ut quo motiva finis. Dico 2o, cognitio finis formaliter non atrahit voluntatem, nec huius atractionis est ratio formalis, ut male autumat Arriaga; nam atrahere voluntatem ad amorem, est formaliter movere voluntatem; sed sola bonitas, quae per cognitionem proponitur, movet voluntatem ad amorem: ergo cognitio non atrahit, nec impellit.

§. 54

Disputatio 2a

caulitas causæ finalis, et quænam agentia operentur propter finem statuitur.

Caput 1m

Circa caulitatem finis aliorum et nostra sententia profertur.

Longiores, quam par esset, hic Authores sunt; nos tamen breviter litem dirimemus; eo enim devolvitur difficultatis articulus, ut assignemus causalitatem, qua finalis causa reducitur ab actu ad 2m; et est in actu ali exercitio causandi effectus supra assignatos, scilicet electionem, et executionem externam, seu actiones externas mediorum.

Prima sententia inter Authores celebris Patris Suarez est, caulitatem finis esse ipsissimam actionem causæ efficientis, quatenus dependet à causa finali; ita actio, qua ægrotus efficienter sumit potionem, est caulitas, media, qua sanitas causat sumptionem potionis: probatur, quoties aliquæ causæ sunt subordinatæ inter se, intelliguntur concurrere per eandem actionem; sed causa efficiens, et finalis inter se subordinantur ergo concurrunt per eandem actionem. Confirmatur, illa est caulitas alicuius causæ, quâ communicatur esse effectui; sed media caulitate causæ efficientis, communicatur esse effectui causæ finalis: ergo.

Impugno tamen hanc sententiam; vel causa finalis influit vere, et physice per actionem causæ efficientis vel non; sed solum metaphorice quatenus movet causam efficientem, ut per illam effectum producat? si 1m: ergo causa finalis est causa efficiens; hæc enim sola vere influit; illa tamen non est causa physica, nec petit, ut causet, existentiam: si 2m, ergo aliquid aliud dari

propter actionem causæ efficientis, per quod causa finalis causet effectum; patet consequentia; quia finis in actu se movet intentionaliter ad electionem, et actio causæ efficientis non est motio intentionalis: ergo aliquid aliud est motio intentionalis finis: et actio non est causalitas illius.

Impugno præterea; ut aliqua sit causalitas alicuius causæ, necesse est, quod posita ea causalitate, effectus non maneat indiferens, ut proveniat ab ea causa; et de contrario, ut ab illa proveniat; et posita actione, quæ fit medium, effectus fit indiferens, ut causetur etiam à causa finali: ergo maior constat, quia cum effectus de se sit indiferens ut procedat ab ista causa, vel non, per causalitatem determinari, ut dicatur procedens à tali causa: minor probatur; nam eadem deambulatio, quæ modo fit à me propter sanitatem, poterat fieri, licet non respiceret eandem sanitatem: ergo posita actione, qua deambulo, deambulatio ut potentiæ effectus manet indiferens, ut respiciat, et non respiciat sanitatem, quin ullam connexionem habeat cum sanitate.

Quare respondeo ad fundamentum opinionis, negando, quod duæ causæ subordinatæ videlicet efficiens, et finalis concurrant per eandem actionem, et causalitatem. Ad confirmationem negatur minor, exhortatio, et motio causæ finalis, quæ movet ad amorem mediorum præcedit actionem efficientem, qua causa efficiens exequitur media: unde non concat talia movi per actionem causæ efficientis.

Secunda sententia, ait causalitatem causæ finalis consistere formaliter in denominatione extrinseca resultante ex finali causa. et effectu, videlicet ex entitate bonitatis, et actu amoris, seu electionis, aut actu externæ executionis mediorum; ita ut entitas bonitatis afferatur in recto; effectus vero in obliquo: probatur, quia media hac denominatione extrinseca reducitur ad actum primi bonitus

356. motiva causæ finalis; ergo hæc denominatio est illius causalitas: antecedens probatur nam non est aliud, quod finis actu causet, nisi quod actu ametur; sed tunc actu amatur, quando actu causat, quin excogitabilis sit alia entitas distincta, quæ causalitas sit. Confirmatur; finis non alio modo causat, nisi quatenus est obiectum; sed esse obiectum est extrinseca denominatio: ergo quod finis causet, est extrinseca denominatio.

Sed displicet hæc sententia; nam aliquid aliud datur præter entitatem finis, et actum amoris, quod sit ratio formalis, per quam finis moveat in actu secundo; alioquin non daretur potior ratio, quare finis moveat ad hunc actum amoris potius quam ad actum odii. Præterea; ergo prius intelligitur causalitas causæ finalis, quam effectus, et extrinseca denominatio finis amati: ergo prædicta denominatio non est causalitas, siquidem non est prior ipso effectu, imo posterior est illo. Rursus actus externus v.g. deambulatio, quæ fit propter sanitatem est indifferens, ut fiat propter hunc finem, vel propter illum: ergo ex bonitate finis, et externa deambulatione non conflatur causalitas finis; cum requiratur, quod illa deambulatio fiat ex motione huius, et non alterius finis.

Ad fundamentum illius respondeo negando antecedens; non enim illa virtus motiva reducitur ad actum secundum; imo supponitur iam reducta, siquidem eius effectus supponitur causatus. Ad probationem distinguo maiorem, non est aliud quod finis actu causet, nisi quod actu ametur per amorem iam causatum, nego maiorem; per amorem in fieri, concedo maiorem. Ad confirmationem, totus syllogismus conceditur; hæc tamen inde sequitur, denominationem extrinsecam esse rationem formalem, mediante qua finis amorem causet.

Secunda sententia docet, causalitatem causæ finalis sitam esse in solo amore efficaci, seu intentione efficaci finis: sed hæc sententia, ut iacet falsa est; nam causalitas finis est illa, quæ destinat ad effectum, ideo ad electionem, vel executionem mediorum; sed solus amor efficax

finis non ita determinat ad talem effectum: ergo maior constat, minor proba-
tur, quia licet detur amor efficax finis, adhuc potest non dari electio, et exe-
cutio mediorum, si ultimo non detur cognitio mediorum: ergo ad talem
effectum non determinat sola intentio efficax finis.

Propter haec iudico,
causalitatem causae finalis constitui formaliter ex amore efficaci
finis, et ex cognitione proportionis medii determinati ad finem con-
sequendum: itaque quando aegrotus potionem sumit ex amo-
re efficaci sanitatis, sanitas est causa finalis, sumptio potion-
is eius effectus, et amor efficax simulque cognitio potionis, ut utilis
ad sanitatem est causalitas: probatur conclusio, illud est causalitas,
ratione cuius attribuitur causae, quod actualiter causet: at ratione
solius amoris, nisi interveniat cognitio medii determinati non attribu-
itur causae finali, quod causet actualiter: ergo per utrumque causalitas
constituitur.

Confirmatur, nam si praecise deficiat in Petro amor effi-
cax, verbi gratia dignitatis, licet detur in eius voluntate amor indul-
gendi litteris, non dicetur amor litterarum oriri in Petro, ex
impulsu, et motione dignitatis: item si praecise deficiat cog-
nitio, qua Petrus cognoscat studium litterarum esse medium
proportionatum ad dignitatem consequendam, licet efficaciter
amet dignitatem, non tamen movebitur ad elligendum studium
propter dignitatis consequutionem: ergo ex voluntate efficaci, et
cognitione proportionis medii determinati conflatur causalitas finis.

Iudi-
co praeterea causalitatem finis esse actus ellectionis medii
non determinati, quo voluntas se determinat ad inquirenda media,
si sibi occurrerint, quin determinate aliquid elligat, quod nullum
illi occurrit tantum esse amorem efficacem finis: haec con-
clusio cum prima sententia supra relata convenit, illiusque fundamentis

318 Hæc nostra solidatr.

Ultimo in dico, caulitatem, quâ finis causat positionem, seu executionem externam mediorum ɔstitui adæquate p actum ellectionis imperantem media executioni mandari; nam pactum præcise, quo infirmus efficacitr amat potionem ad sanitatem consequendam, sanitas causat sumptionem potionis, quæ ē effūs exterous: & actus ellectionis v̄l executionis medii ē causalitas adæquata finis.

Hinc infertr, has tres s̄ assignatas caulitates, solum ēē caulitates morales, et metaphoricas, n̄ phisicas; siquidem illarum causa nempe finalis tantum ē causa moralis intentionalis v̄l suorum effuūm, et licet causet ante omnem operaonem intrīs fingentis, adhuc metaphoricē causat, vide caput 1m Dis antis: quare hæ caulitates, etsi in suis entitatibus sint proprié, cum sint actus intrīs, et voluntatis, veri, et reales; in rāne caulitatis metaphoricæ st, qđ solum moralitr causa finalis moveat ad effūm ponendum.

Caput 2m;

Quænam agentia proprie proptr finem operentr assignat.

Rogamus an solum agentia intellectualia vg, Deus, Angelus, homo operentr proptr finem, vel etiam brutta operentr proprie proptr illum? extra dubium ē, hoēs, et Angelos operari proprie proptr finem, cum sint agentia intlualia, quæ cognoscendo proportionem, et ɔvenientiam cum fine, plura media elligunt, et applicant ad illius ɔsequutionem.

Prætera certum ē, agentia insensibilia qualis ē ignis, lapis et tia n̄ operari proprie, nec appe

tere finem ex cog.ne proponente illum, ut consecuibilem p media; siquidem cog.ne, et amore talia agentia orbata sunt; ast impro prie loquendo, aliquando operantur propter finem, quando illa tendunt in aliquem terminum innata sua potentia, et sua vi entativa inclinant; sic lapis dicitur tendere in centrum tanquam in finem, et ignis moveri sursum; id de hoc improprio modo operandi propter finem non loquimur.

q.d attinet ad Deum, an operari; oppositum teneret, apud omnes in confesso esset, Deum proprie operari propter finem; nam eas operaones externas, quas Deus proprie efficit, propter finem aliquem efficit; Mundum n. condidit, ut ostenderet suam omnipotentiam, et ut à Creaturis honoribus coleretur; sic ex sacro textu constat, Deus n. dicitur factus homo propter nos homines, et propter nostram salutem. Ceterum si loquamur de actibus divinae voluntatis, dicendum iudico bonitatem divinam non esse causam finalem illorum actuum, licet ferantur in illam, quia isti realiter non distinguuntur ab illa bonitate; effectus autem causae finalis etiam intentionalis debet ab illa realiter distingui.

Maior, et precipua difficultas, an bruta animantia operentur propter finem. Ratio sententiae negativae, q.d ad raonem finis ordinarium sit, q.d intrius p.r cognoscat proportionem mediorum cum fine, inferendo p discursum potionem finis ex potione mediorum; bruta autem nec discurrere, nec agnoscere videntur predictam proportionem; nam hirundo, quae primo vere construit nidum, illa quidem amore Prolis educandae talem nidum construit; minime tamen cognoscit proportionem, quâ valet illa nidi constructio iuvare ad Prolis educationem; id solum posito amore nati sympatia, deducitur ad quirendum paleas, illas q. bitumine liniendum.

§. 6o. Opposita sentª affirmat, bruta agere propter finem; sic docere videtur sanctus Thomas 1a parte quae 78 articulo 4, ubi ait, avem nidificare propter utilitatem, et commoditatem inde consequendam, ovem lupum fugere, ut hostem sui naturae; ita defendit Arriaga De octava phisica sec 6a subsec 2a, et sic probat 1o; quia quando quis ostendit panem cani, et illico accurrit ad ostendentem, manifestum est, quod canis aliquid de pane cogitat, et se movet, ut acquirat panem; et evidens est, quod non se movet canis tanquam lapis ad centrum, sed movetur, et ducitur ex cognitione obiecti, ac ursus non se movet propter solum motum: ergo se movet propter panem, quem sibi agnoscit utilem.

Secundo probat, quia eodem fundamento, quo dicitur bruta non operari ex cognitione proportionis mediorum cum fine, posse etiam defendi, bruta non operari ex cognitione obiecti, nec illud appetere ex eius attractione; sed solum ferri in obiectum modo insensibili, ut lapis, quod absurdum est: ergo dicendum est bruta operari propter finem.

Sed dico; quod licet bruta bonum consequendum ament, et media adhibeant ad consequutionem boni amati deservientia, attamen id non oritur ex cognitione, qua cognoscant, illa media esse apta ad illum finem consequendum; canis enim non cognoscit utilitatem motus ad capiendum panem; sed solum movetur ad illum arripiendum; quia ex natura sua destratus est appetitus canis ad obiectum sibi bonum, quod videt; et a tali appetitu oritur motus, qui revera utilis est ad finem, quin formaliter utilitatem ut talem canis agnoscat.

Qui modus imperfectus operandi brutorum etiam multoties in hominibus reperitur, saepissime manum ad defentionem capitis repente adhibemus imminente ictus periculo, quin consideremus motum localem manus esse medium aptum ad caput tuendum: sic saepe cibum mandimus, et deglutimus, sine

eo q'd recordemur, ad nutritionem ēē medium aptum operatio= nem dentium, aut gutturis deglutionem. § 41.

Ad 2m mine sequitr ex nostra sentā, bruta ferri in obtā insensibili modo, et velut lapis in centrum vergit; nam experiēa docet, bruta percipere obtā p sensus, et hęc appetere, illa vo respuere; ast nulla experiēa claret, bruta operari ex cogne. pro portionis mediorum cum fine; imo Philosophia oppositum tenet, vlt q'd brutā n̄ discurrant, neq raone moveantr, sd solum instinctu, et sympatia nālī.

Vbi advertas, aliud ēē brutā cognoscere, et appetere obtā sibi bona, et utilia; aliud illa cognoscere fralitr ut utilia: bruta n cognoscunt ea quę sibi utilia st, illa q appetunt eo tempore, et circumstantiis, in qq revera st utilia, et convenientia; at bruta cognoscere utilitatem mediorum ad finem fralitr ut talem, mine conceditr, q'd narium erat ut propter finem operari diceren tr, Vnde stat nostra sentā, quę ait sola agentia rationalia operari propter finem, cuius doctrę ratio ex dictis colligitr.

Vltimo hic rogabis, an sit de raone effūs causę finalis, q'd sit liber, vel possit ēē narius? Respondeo n̄ requiri ad raonem effūs causę finalis, q'd sit liber; sd sufficere q'd narius sit; et ratio ē; quia Beatus Vg ex visio ne Dei necessitatus oīo ē ad diligendum Deum, dt q adeo ad exequenda omnia precepta Dei, si n Beatus iuveatr á Deo procurare salutem alicuius hōis, ille quidem nario adhibebit media apta ad eum finem consequendum; cum sit necessitatas ad amandum Deum, nec possit n obedire Deo precipienti: go potest stare effūs causę finalis, quin liber sit. Alias quęstiunculas tractu ro de causis in coi adinvenies á nobis

3 ~~62~~ excusas.

Disputatio 5ª

De causa exemplari, illiusque proprietatibus.

Causæ exemplaris definitionem sic communis tenet, et approbat, est forma quam opus imitatur ex intentione operantis determinantis sibi finem: 1º dicitur forma, quæ ponitur loco generis; per illam autem designatur forma rigorose talis, quæ per unionem intrinsecam informet subjectum, et quævis perfectio denotatur, cui res alia assimilatur: reliquæ tamen particulæ loco differentiæ apponuntur; unde per illa verba, quam opus imitatur indicatur, quod ad rationem exemplaris requiritur, quod opus, seu effectus agentis re ipsa fiat similis illi perfectioni, seu exemplari.

Præterea ex intentione agentis; nam ad rationem exemplaris non sufficit, quod duo aliqua sint similia, aut quod opus artificis casu evadat simile alteri; sed requiritur, quod artifex eam similitudinem intenderit; ideo si depingatur imago Petri Hispali, quæ casu similis evadat alteri Cordubensi, nec tamen erit effectus illius imaginis Hispalensis, quia pictor non intendit hanc illi assimilare. Demum determinantis sibi finem denotat agens, quod operatur ad similitudinem exemplaris non solum debere habere cognitionem, a qua dirigatur in effectionem operis; sed etiam debere operari proprie propter finem, cognoscendo proportionem effectus cum exemplari.

Hinc 1º, res insensibiles non posse habere causam exemplarem in suis operationibus; nam insensibilia carent cognitione a qua dirigantur, ut suos effectus producant ad imitationem alicujus exemplaris; cum solum ipsa operentur vi, et impetu naturæ. 2º bruta non operari ex imitatione exemplaris; quia ad hoc non sufficit, quod operans habeat cognitionem, quæcumque illa sit; sed quod operetur

ex fine reali, et cognoscat proportionem, quae datur inter exemplar,
et inter effectum, quem producit, sic similiter licet observent actiones
humanas, et mox alias producant ad earum imitationem, adhuc
non operantur ex imitatione exemplaris: ad operandum enim requi-
ritur, quod operans cognoscat similitudinem, et proportionem, et quod ex fi-
ne operetur, secus autem similiter.

Ad quod genus causae revocetur causa
exemplaris, inquirendum nobis est; diximus iam tractatu 1º d. 1a
huius libri ad causam intentionalem moralem revocari; unde
in rigore non est causa; sed metaphorice tantum, ut de causa finali
dictum est; nam exemplar non vere, et physice concurrit cum effectu, nec
requirit existentiam physicam in se ad causandum; potest enim Pictor
meminisse statuae Caesaris iam destructae, illamque mente retine-
re, et ad eius similitudinem picturam facere: solum enim moraliter
exemplari tribuitur effectus, quia illud aliquo modo conducit ad operis
perfectionem, quin tamen physice influat in opus.

Effectus causae exem-
plaris est opus, quod fit ad similitudinem alterius, est imago, quae
fit ad similitudinem alterius imaginis: cum tunc effectum vocatur,
an sit de ratione causae exemplaris, quod ille fit ab agente cum con-
tingentia, aut libertate? respondeo non requiri; et ratio est, quia ex
ratione exemplaris solum petitur, quod effectus ex intentione agen-
tis, et ex directione cognitionis evadat similis exemplari, et fiat ad
eius imitationem; sed hoc totum potest stare, licet agens nul-
lam prorsus libertatem, aut erroris contingentiam in operis per-
fectione habeat: ergo non requiritur, quod effectus cum libertate fiat:
quod necessario fiat, non tollit, quod sit effectus causae exemplaris.

Dividi-
mus causam exemplarem; duplex est exemplar, (quod etiam vocatur
idea) obiectivum, et formale: obiectivum est illud obiectum, quod artifex

- imitari intendit, et ad cuius similitudinem vult efformare aliud; talis e imago, quam Pictor imitari vult aliam sibi exprimendo: exemplar formale e cognio qua artifex cognit exemplar obtivum. Dividitur insuper in exemplar internum, et externum; ipsa -qr imago externa, quam artifex imitandam sibi proponit, dicitr exemplar externum; quatus vo trat cognem artificis, dicitr internum. Vlterius in exemplar nale, qd nara operans imitatr; de quo n loquimur; et in exemplar artificiale, qd vlt imitatr artifex hoc proprium exemplare, et presentis instituti, ut imago Petri, aut ipse Petrus.

Hic disputari solet inter Patres Pica et Suares, quos innumeri Drs utrinque secuti, an ratio causae exemplaris conveniat exemplari obtivo, an vero exemplari formali. Dico igitur, exemplar obtivum e proprie causa exemplaris; nam illi convenit defio tradita; cum exemplar obtivum sit id, cui evadit simile opus ex intentione agentis; go. Confirmo; q si rogetur artifex quid, qd velit imitari? q respondebit, se velle imitari imaginem externam, quem presentem habet, aut vidit, aut concipit; n respondebit, se velle imitari suam cognem, quae dicitr exemplar formale: qd autem cognio n sit causa exemplaris patet; q effus seu opus non evadit simile cogni: go haec n e causa exemplaris: item illud habet raonem exemplaris, qd cognoscitr; d artifex n cognit reflexe suam cognem, imo opus artefactum construit, quin suae cognitionis meminerit.

Unde 1o colliges, exemplar obtivum in raone causae exemplaris constitui adequate n solum p entatem talis obti; d etiam p intentionem artificis volentis asimilare suum opus illi obto: illud n solum obtum secundum suam entatem praecise indiferens e, ut assumatr ab artifice, vel n, ad opus faciendum, ex imitatione illius: go requiritr

intentio artificis, ut adequate in raone causę exemplaris constituatr.

Jo colliges, caulitatem exemplaris obtivi ee cognem, quę tratr ad illud: nam illa e caulitas causę moralis, raone cuius attribuitr effus causę morali; et causa exemplaris e causa moralis; et cognio e illud raone cuius opus factum attribuitr causę exemplari. go e illius caulitas. Contrabis 2o; q ideo dicimus, opus evasisse egregie elaboratum ab artifice, q egregie scit perficere opus; et cognio exemplaris obtivi, e scientia dirigens ad opus faciendum. go cognio e caulitas causę exemplaris. 3o; q exemplar sine se non potest dirigere agens, nisi ab ipso cognatr. go cognio ratio formalis, p quam dirigit. Aliq quęstiunculę hic agitari solitę in tractu de causis in cōi iam a nobis expensę fuere.

Liber 3s Phicorum.

Tractus unicus de actione, et passione, necnon motu, et quiete.

Ut Infiniti notiam ad 8m librum de 3potione Continui remitteremus qm maxe profuturam; in 30 libro de Infiniti nara res agitr tota, quę in hoc 3o a Philopho, et aliis Phbus subiungitr: ast ex raonis perscripto a nobis provisum e, ut de actione, et passione, motu, et quiete hic in periculum raonem adducamus, ut dubus idius quę de causis superfuerant dubiola oio evaneant: res succedat votis, et dis cipulorum incremento respondeat.

Disputatio 1a; utrum actio distinguatr a passione; necnon ab agente, et tro.

Caput 1m

inter actionem, et passionem inquiritur discrimen

Sat multa diximus libro 2o tractatu 5o de actione, et passione, et non nulla oportunius dicenda venient libro 1o de generatione; nunc aliquantulum altius actionem, et passionem indagabimus. Premitto quod non omnem actionem esse passionem; siquidem certum est dari aliquam actionem, quae realiter distinguatur a passione; hujusmodi est actio creativa, quae nullatenus rationem passionis involvit; aliter tamen passio se habet; cum omnis passio dicat essentialiter actionem, ut a nobis loco citato expositum est.

In primis actio in communi est ratio formalis efficiendi actualiter: actionis autem divisiones alias assignare possumus ex ipsa actionis entitate, quarum aliae sunt spirituales, aliae corporeae: aliae successivae, et aliae permanentes: alias ex agentibus effamus, quarum aliae dicuntur vitales, aliae non vitales: alias ex terminis productis, quarum aliae dicuntur emanationes, aliae non: alias ex terminis simul, et agentibus, quarum quaedam appellantur transeuntes, et quaedam immanentes: denique alias ex tempore, et circumstantiis, quarum sunt quaedam productivae, quaedam conservativae.

Ex quibus omnibus constat sub genere actionis contentum esse duas species actionis fere diversas, quales sunt actio creativa, et actio eductiva, seu generativa. actio creativa est productio termini independenter a subiecto: actio generativa de qua in praesenti, ut pote causalitas causae efficientis loquimur, est productio formae dependenter a subiecto: creativae actionis intelligentia ex dictis tractatu 5o citato accipitur, et plenior accipienda erit ex libro 1o de generatione.

Praeterea passio nihil aliud est, quam ratio formalis, per quam forma educitur dependenter a subiecto, et ipsum dicitur pati formam; quare passio dicitur secundaria causalitas causae materialis materialiter causantis formam. Rogamus igitur, an hae duae causalitates, nempe actio, et passio inter se realiter adaequate vel inadaequate ratione tenus distinguantur? ex inibi a nobis iactis de libro tractatu 3o De Ia capite 1o liquet cum communiori, et veriori sententia, actionem eductivam, seu generativam, et passionem identificari inter se realiter, et adequate; nam passio consistit in entitate actionis, ut recepta in subiecto suo tamen; unde eadem entitas indivisibilis realiter est actio, et passio.

Et ut firmem adhuc dilucidius probo 1o; passio est secundaria causalitas subiecti in formam; sed per entitatem eductionis subiectum causat formam: ergo passio est entitas eductionis; minor probatur, sed id causat subiectum, per quod forma educitur de virtute subiecti; non enim aliquid causat subiectum, per quod forma educitur de virtute subiecti; non enim aliquid ... effectus causatus a sua causa efficienti, nisi quatenus exit a virtute causae; sed formam exire a virtute subiecti, est educi de potentia subiecti: ergo causatur a subiecto per entitatem eductionis; atqui id, per quod forma causatur a subiecto, est passio: ergo eductio, seu actio generativa est passio.

Probo

2o non est multiplicandae entitates reales absque necessitate; sed nulla est necessitas distinguendi realiter actionem eductivam a passione: ergo; minor constat, quia per illam actionem, per quam forma educitur de potentia subiecti sufficienter pendet a subiecto, quia dum illam substat, et patitur; sed id per quod forma producitur dependenter a subiecto, est passio et causalitas subiecti: ergo nulla est necessitas distinguendi entitates reales passionis, et eductionis: essentia enim passionis consistit in eo, quod actio productiva formae recipiatur in subiecto. Hinc, quod de entitate indivisibili verificetur, quod constituat causam agentem, et subiectum passivum. Sed quaeres, an saltem per intrinsecum actio generativa

rativa, et passio distinguantur? affirmativam partem tuentur Arriaga, et Oviedo, qui inter passionem, et eductionem requirunt distinctionem rationis ratiocinatae: nos tamen illam requirimus, loquendo de actione eductiva ut tali, et quatenus explicatur hac voce eductio: probatur nostra resolutio; actio eductiva essentialiter constituitur per ordinem ad causam efficientem, et per ordinem ad subiectum, a quo dependet; sed passio essentialiter constituitur per ordinem ad subiectum, et per ordinem ad causam efficientem: ergo non datur in entitate actionis, et passionis aliquod caput distinctionis rationis ratiocinatae, cum ad talem distinctionem diversitates, seu connotata requirantur, in ordine ad quae possint concipi et praescindi ex parte actus diversae formalitates, ut in logica statutum est.

Maior est certa syllogismi: minor probatur, non enim intelligitur esse passio per hoc solum quod intelligatur esse dependentia a subiecto; unio enim est dependentia a subiecto, et tamen non est passio: ergo ut intelligatur esse passio, debet intelligi in ordine ad subiectum, a quo dependet; et a causa efficienti, quae producit dependentiam ab illo. Confirmatur: nam actionem in mea sententia esse eductionem, formalissime est fluere ab agente, et recipi in subiecto tamen, quod passum dicitur, et similiter actionem esse passionem formalissime est esse in subiecto tamen, seu passo, et fluere ab agente: ergo idem prorsus, et in ordine ad eosdem terminos significatur per hunc terminum passio, atque per hunc eductio.

Confirmatur

Dices: per id formaliter substat forma a subiecto, per quod educitur de potentia subiecti; sed educitur forma per eductionem formaliter, ut talem, et substat per passionem formaliter, ut talem: ergo eductio, et passio non sunt formaliter idem. Et vide ad loca quae de receptione, et informatione contra Hurtado sensimus, tractatu 4 libri 1 De [illegible]. Sed ad veritatem, si consideretur entitas actionis in communi, potest quidem praescindi formalitas actionis in communi, quae formalitas non dicat in suo conceptu passionem; ab illa ergo potest ratione ratiocinata distingui, siquidem po-

potest concipi ratio actionis, sine eo quod concipiatur esse dependens aut independens a subiecto, solum non negamus actionem generativam, ut talem aliquo pacto distingui a passione, cum una sine altera concipi nequeat.

Advertas 2o, diversum quid esse agere, et pati ab actione, et passione; nam agere concretum est, quod praeter rationem formalem eductionis dicit entitatem principii agentis, seu causae efficientis, et similiter pati concretum est, quod praeter rationem formalem passionis dicit entitatem passi, seu subiecti; quare passum, et agens realiter distinguuntur, et ratio est, quia multiplicata qualibet parte concreti quidditativi, multiplicantur concreta absolute, et realiter distincta, licet non adaequate. Cum ergo multiplicantur subiectum, et ratio illa formalis per quam passum constituitur patiens, et agens constituitur educens, et formalissime eadem, quae denotat subiectum patiens, et agens denotat producens.

Dices: potest distingui ratione ratiocinantis eductio, ut talis, et passio in entitate actionis, nam per diversos modos cognoscendi iste conceptus eductio attingit entitatem actionis in ordine ad causam agentem in passo, et iste conceptus passio attingit illam entitatem in ordine ad subiectum passionis ab agente causa: ergo per diversos modos attinguntur idem tamen saltem quoad casus obliquos, et eadem entitas eductionis, et passionis diversimode explicatur, ut homo, et animal rationale.

Caput 2um;

an actio distinguatur realiter ab agente, et termino?

Inquirimus in praesenti, an actio, quae appellari solet a Philosophis causalitas, exercitium, determinatio causae efficientis ad ponendum effectum a parte rei, et influxus causae in effectum,

37° dependēa effectus ā causa efficienti; fieri effūs,
an inquam actio distinguatr realitr ab agente, et tio, id ē cau-
sa efficienti, et effū, non solum divā; ā ab utroq simul sumptis?
disputās, ut veris principē rem absolvamus, quæ dupliciter potest agitari;
1m qd de possi tenendum sit? 2m qd cā actionem, qua Deus pro-
ducit effūs dicendum? 3m qd de facto cā actionem generativam
agentis creati iudicemus? 4m qd cā actionem creativam de-
fendendum veniat?

Cā 1m difficultatis punctum sit solutio 1a;
repugnat actio generativa, quæ realitr identificetr cum agente
creato, cuius actio ē: probatr; nō ē possibile principium creatum pro-
ductivum, qd Deus impedire nō possit ab omni operatione, et effū:
ergo nō ē possibilis actio generativa idāta cum agente creato; conse-
quentia infertr, qa si aliqua actio esset realitr idāta cum agente, ag-
ens esset essentialitr determinatum ad illam actionem, et ad effūm ex vi illius,
ita ut nec divinitus posset ab effū separari: ergo eo ipso, qd Deus possit
impedire quancumq actionem agentis creati, quin illud destruat,
infertr nullam actionem posse identificari cum agente creato; nul-
lum nō ē evidens argumtm distinctionis realis inter aliqua duo, quam pos-
se unum separari ab alio; ā potest Deus separare quodcunque agens
creatum ab omni actione: ergo nulla actio potest ēē, quæ sit idāta
cum agente creato.

Probatr deinceps; si fingatr principium produc-
tivum creatum, qd sit actio, et ratio formalis ponendi effūm, illud
necessario dependeret ab alia causa; cum nō posset ēē ā se ipso: ergo esset
exercitum illius causæ ā qua penderet, ac proinde esset actio ag-
entis realitr ā se distincti: patet conseq; quia illa entās dicitr
actio, quæ ē determinatio virtutis causæ ad ponendum effūm; ā ita
se haberet entās illa de qua loquimur, respectu causæ ā qua penderet:
ergo esset actio vīu illius; ā tunc realitr distingueretr ab agente

à quo penderet: ergo esset actio realiter distincta ab agente. Demum probatur; nam Deus immediate concurreret ad eam actionem, sicut ad quamlibet entitatem creatam: ergo mediante ea actione produceret Deus effectum illius actionis; probatur consequentia; nam qui producit actionem mediante illa, producit effectum: ergo si Deus immediate produceret actionem, illa mediante, effectum produceret: tunc sic, illa actio esset exercitium, nullo tamen modo esset causa; siquidem illud quod est exercitium alicuius causae, non dicitur causa: ergo repugnat quod causa creata identificetur cum actione; esset non causa, et non causa.

Secunda conclusio sit; nulla invenitur implicatio in eo, quod actio identificetur realiter cum termino, seu effectu producto: ratio est, quia non implicat, quod de essentia effectus sit esse actualem productionem sui, et exercitium agentis, à quo agens denominetur actualiter producens; neque aliqua in contrarium occurrere ratio potest, quae non militet etiam contra ipsam actionem realiter distinctam ab effectu: quaelibet non actio est effectus ab agente productus, et non per aliam rationem; sed per se ipsam.

Contrarius; quod actio de facto non constituitur in ratione actionis ex eo quod distinguatur à termino, licet hoc habeat ex ratione talis actionis; sed ex eo quod se ipsa proveniat ab agente, sitque se ipsa detractio virtutis agentis; sed nulla implicatio est, quod aliqua entitas se ipsa sit essentialiter detracta, et proveniat ab agente, quin productio sit alterius termini à se distincti: ergo.

Hinc colliges, idem quod de actione generativa, dicendum pariter de passione, illam posse identificari cum suo termino; cum non sit de essentia passionis, immo nec actionis in communi dicere relationem ad terminum, trebatio [?] realem distinctionem in suo conceptu affert. Est passio nequit

376

non distingui realiter à passo passo; quia passio dicit ex suo conceptu formali esse actum subiecti patientis: dico actum patientis, id est formam receptam in illo: ergo cum nihil possit recipi in se ipso, necessario distinguitur passio à subiecto passivo: unde passio, sicut, et actio, dicit relationem realem ad subiectum, cuius actus est.

Sed opponitur 1º contra 2am conclusionem; omnis actio producit effectum: ergo omnis actio distinguitur realiter ab effectu; siquidem non potest se ipsam producere. Respondeo distinguendo antecedens; omnis actio distincta ab effectu producit effectum; concedo antecedens; actio identificata cum effectu; nego antecedens: nam actio identificata non producit effectum, quia nihil se ipsum producit: at verificatur, quod ille effectus se ipso producatur a causa.

Opponitur 2º; actio est ratio formalis agendi: ergo aliquid agit: ergo agit, seu producit effectum. Confirmatur; omnis ratio formalis participat denominationem, quam alteri praestat; sed actio qua producitur Angelus denominat causam producentem Angelum: ergo ipsa actio denominatur etiam producens Angelum. Respondeo distinguendo antecedens; est ratio formalis agendi, id est ratio formalis, per quam causa agit; concedo: id est ratio formalis, per quam actio agit; nego antecedens: non enim verificatur de actione, quod agit ipsa, nisi quando distinguitur realiter a termino. Ad confirmationem concedo totum syllogismum loquendo de actione, quae realiter distinguatur à termino; non tamen de actione cum illo identificata

Caput 2um

2um difficultatis punctum expedit.

Circa 2um difficultatis punctum capite antecedenti propositum assero, repugnat actio eductiva, quae sit identificata realiter cum agente increato, nempe Deo: probatur, quia repugnat actio eductiva, quae absolute necessario sit ab aeterno; sed omnipotentia divina fuit necessario ab aeterno cum ipso Deo identificata: ergo repugnat actio eductiva, quae identificetur

cum Deo: minor est de fide; maior est certa; quia licet sit probabile, creaturam posse esse ab aeterno per actionem a Deo productam; at illa non esset absolute necessario ab aeterno; cum libere a Deo posset non produci, et reipsa producta non fuit, ut fides docet, nihil creatum esse ab aeterno; et in tempore omnia esse condita. ergo

Confirmatur; quia id quod potest identificari cum Deo, necessario est identificatum cum Deo: ergo si actio eductiva posset identificari cum Deo, necessario esset idem cum Deo: ergo esset ab aeterno terminus illius actionis, sicut Deus ipse; et hoc contra fidem; ergo nulla actio eductiva potest identificari cum Deo. Nec obstat, quod Connotatores adstruunt, scilicet ab aeterno dari actionem, quoad entitatem; non vero quoad denominationem; hoc satis a nobis aliis in locis reiectum est; nihil non est dari quoad denominationem, quam, quod dentro omnia constitutiva formalia actionis; et hoc nem, quam, quod dentro omnia constitutiva formalia actionis; et hoc daretur ab aeterno: ergo etiam denominatio. Unde actio eductiva debet actio necessario distinguitur ab agente increato.

Maiorem non scripturus est, utrum repugnet, quod actio eductiva, qua Deus solus producit effectum creatum identificetur realiter cum tali effectu? Scotus in 2o distinctione 1a quaestione 5a censet non solum non repugnare, immo de facto creaturas omnes fieri a Deo per se ipsas, actionesque earum productivas cum ipsis realiter identificari. quam sententiam cum aliquibus Recentioribus amplector; quae ut clarius constet, animadverto; quando generatur v.g. forma ignis ab agente, datur duplex influxus alteritatis cum forma ignis, per quem dependet ignis a solo Deo: alter vero distinctus realiter ab ipso igne, qui influxus simul est actio causae 2ae, et Dei: et quidem quod hic influxus, per quem causa 2a influit in ignem, debeat de facto distingui realiter ab igne capite sequenti videbimus; quod vero Deus concurrat etiam per talem influxum, seu actionem causae 2ae, patet; cum nulla

377 entitas creata sit ipsa, quae dependeat immediate à causa 1a. Quare solum restat probare, quamlibet entitatem creatam esse actionem sui à 1a causa.

Probatur 1o; actio nihil aliud est, quam actualis quaedam dependentia effectus à causa efficienti, dependentia, inquam, non ut cunque, sed specialis per modum participationis proprii sui esse à tali causa; sed omnis Creatura est actualis dependentia sui à causa 1a efficiente per modum participationis proprii sui esse ab illa; ergo omnis Creatura est actio causae 1ae; et consequenter actio eductiva Dei identificatur cum ipso effectu producto, nempe Creatura.

Secundo probatur; omni Creaturae concedenda est major, et strictior dependentia à causa 1a possibilis, et excogitabilis; sed nisi Creatura per seipsam actualiter dependeat, non habet strictiorem dependentiam possibilem, et excogitabilem à causa 1a: ergo quaelibet Creatura per seipsam, et seclusa actione realiter distincta, dependet actualiter à causa 1a: maior liquet, quia cum dominium Dei circa productionem Creaturae sit maximum, quod excogitari potest, ita illi correspondere debet maxima dependentia excogitabilis: minorem probo; quia nisi Creatura per se ipsam dependeat actualiter à causa 1a, non tam stricte dependebit, ac actio ignis dependet ab igne, etenim actio ignis per se ipsam, et sine media alia entitate, ab igne actualiter dependet; Creatura vero non per se ipsam; sed per entitatem aliam distinctam dependeret; atque adeo non haberet tantam dependentiam, quantam habet actio.

3o probatur; ideo actio productiva ignis ut producatur ipsa, non indiget alia actione, quia talis actio per ipsam determinata est, ut producatur ab isto agente determinato, taliter, quod nec de potentia Dei absoluta possit existere sine eo, quod a tali agente fiat: rursus unio ideo non indiget alia unione distincta, ut uniatur extremis, quia per ipsam determinata est, ut illis uniatur

itaut impossibile sit, talem unionem existere absque extremis; d
sic se habet quaelibet creatura ex u Dei: ergo non per aliam actionem
distam; d per se ipsam detrata e, ut producatur a causa ta.
Arguestr

1o; si forma ignis esset actio sui ex u Dei, Deus, et creatura concurre-
rent ad formam ignis per actiones oio diversas; concurreret ergo Deus per
sam formam ignis; et creatura per actionem distam; d hoc implicat:
cat; ergo. Probatur minor; actio creaturae non fieret a Deo; unde dic
qd esset creatum, qd a Deo nullo modo immediate fieret. Satisfac
tio, negando majorem; Deus non concurreret bis ad ipsam formam ignis
1o adequate per ipsam formam, quae e actio adequata sui; 2o inadequ-
uate per actionem creaturae.
Argues 2o; sequeretur, quemlibet effectum cre-
atum produci naturaliter per duas actiones adequatas, qd naturaliter repugnat,
ut passim docent Philosophi, et nos diximus libro 2o tracta 10: ergo cre-
atura non procedit per se ipsam immediate a Deo: probatur ans; ergo potest Deus
se solo conservare effectum, qui e actio adequata sui: 2a vo actio cum
procedat a Deo simul, et a creatura, esset etiam adequata: ergo.
Satis-
fit distinguendo majorem; per duas actiones adequatas unam identicam,
et aliam distam ab effectu concedo majorem; per duas actiones distas
adequatas effectus produceretur nego majorem: de duabus actionibus
distis adequatis naturaliter loquuntur Philosophi, et ex u agentium cre-
atorum, quae non possunt concurrere per duas distas actiones adequa-
tas naturaliter ad eundem effectum producendum ob extrinsecam Dei le-
gem; nulla autem lex Dei e prohibens, effectum produci ab actione Dei
identica cum ipso; et ab actione Dei, et creaturae dista.
Argues 3o. ivac-
tio Dei identificaretur cum forma equi, haec produceretur simul per ge-
nerationem, et creationem; hoc non e dicendum: ergo; major e certa;

37 produceretur non ab agente naturali, sed per generationem; siquidem agens naturale creare non potest: deinde actio cum ipsa forma identificata, esset creatio; quia forma equina saltem supernaturaliter potest existere absque subiecto: ergo actio identificata cum forma independenti à subiecto, esset creatio. Satisfit negando maiorem; tam à Creatura, quam à Deo illa forma equina produceretur per generationem, cum à subiecto dependentiam essentialem haberet, nec supernaturaliter posset existere absque illo: Creatio autem nullam dicit dependentiam à subiecto.

Caput 4um

3um, et 4um difficultatis punctum capite 2o propositum examinat.

3um difficultatis punctum sic se habet; utrum de facto omnis actio eductiva distinguatur realiter ab agente creato, et termino simul? Prima sententia affirmat, omnes actiones eductivas identificari cum agente creato, et termino simul. ita plures antiqui, quorum nonnullos refert apud Pater Hurtado de 01. Thicorum sectione 2a. Secunda sententia tenet, dari 3um distinctam realiter ab effectu, et agente creato, quae sit actio eductiva: ita Suarez Disputatione 18 Metaphysicae sectione 2a numero 5o, et Hurtado citatus: hanc sententiam admittimus loquendo de actionibus non vitalibus, nam vitales specialem continent difficultatem, quam in libris de anima dirimam.

Probatur 1o, omnis non effectus creatus provenire potest ab hac vel illa causa creata; ergo omnis effectus indiferens, ut proveniat ab hac, vel ab illa causa, producitur de facto per actionem realiter distinctam ab agente, et termino: ergo omnis actio eductiva de facto existens distinguitur realiter ab agente creato, et termino: maior est certa Doctor dicta libro 2o tractatu 1o De 4 capite 3o

minor probatr; stante entate effus, qui se ipso n̄ ē essalitr, detractis, ut pendeat ab hac, vel illa causa, potest effus n̄ produci ab hac detracta causa: ẽº q.ᵈ producatr ab ista detracta, ē aliqd realitr distũm ab entate istius causę, et huius effus.

Patet coñª; q. id distinguitr realitr à causa, et effu simul sumptis, q.ᵈ ē separabile ab entate utriusq simul existente in rerum natura; ᵈ existente igne A, et igne B, potest ignis B n̄ produci actu ab igne A; ẽº q.ᵈ ignis B actu producatr ab igne A, ē aliqd realitr distũm ab entate utriusq simul accepta; ᵈ hoc distũm in quo ɔsistit actualis productio dicitr actio: ẽº quælibet actio effus indiferentis, ut proveniat ab hac, vel illa causa, ē realitr distĩa ab entate causę, et effus simul sumptis; vide quę diximus de unione realitr dista ab extremis libro 2º tractat. De 1a capite 2º, et hic eadem applica.

Debit aliquis 1º, ignem B produci ab igne A nihil ēē aliud, nisi entatem utriusq et etiam omnipotiam divam, quę ē partialis causa necio requisita. Contra ē; q. stante in rerum natura igne A, et igne B, et omnipotiâ divâ, potest ignis B n̄ produci ab igne A: ẽº q.ᵈ actu producatr, aliqd aliud distũm.

Dices, illud aliud ēē decretum divę voluntatis applicantis omnipotiam, ut actu ignis B producatr ab igne A. Contra ē, q. illud qd Deus de novo vult, n̄ habet pro obto omnipotiam, nec entates ignis A, et B; q. iam p̄existentes: ẽº habet pro obto aliqd aliud distũm ab illis; ᵈ hoc ē actio distâ: ẽº.

Debit 2º, actionem ɔsistere in agente cum applicatione ad passum, et in utroq simul sumptis. Sed ɔª ē, nam Deus potest facere, q.ᵈ positis

378 agente, et termino, et approximatione ad passum, istud agens non influat in effectum; ergo solum ipse Deus. quod actio separabilis est ab agente, et approximatione, et termino simul, et consequenter realiter distincta est. antecedens probatur, Deus potest suspendere concursum, ne agens applicatum producat suum effectum, sicut in Camino babylonico suspendit concursum, ne ignis produceret effectum suum in pueros: ergo.

Dices tamen, si actio esset distincta ab agente, et termino, sequeretur processus in infinitum; quia ut actio produceretur necessario esset alia actio, et sic de reliquis in infinitum, ergo actio non est distincta ab utroque. Respondetur negando antecedens; nam non est opus, quod actio fluat a causa per aliam actionem distinctam; siquidem actio est essentialiter determinata se ipsa, ut fluat hoc determinato modo ab hac causa, et non ab alia: at effectus indifferens est, ut fluat hoc vel illo modo ab hac vel illa causa, unde si daretur effectus, qui se ipso esset determinatus essentialiter, ut procederet a tali causa creata, et tali determinato modo, ille non indigeret actione distincta, ut ab ea causa produceretur; sicut non indiget et illa effectus, qui a solo Deo producitur.

Quartum difficultatis punctum erat, utrum actio creativa distinguatur realiter ab agente, et termino. aliqui docent, creationem, seu actionem creativam non distingui ab ipsa voluntate Dei volentis existere effectum; ita Pater Valentia. Ferrara, et Nominales opinantur, non distingui realiter a voluntate Dei, et a termino creato. Pater Vasquez affirmat, creationem adequate identificari cum termino creato; non tamen cum agente increato. Pater Suares tuetur, creationem esse realiter distinctam ab agente, et termino.

Sententiam Patris Vasquez tenendam indico; pro me habeo Sanctum Thomam, Scotum, Conimbricenses, et alios Doctores Magistri nostri: probatur in primis omnibus fundamentis, quibus capite antecedenti, actionem eductivam distingui ab agente increato, non tamen distingui ab effectu creato, ob firmatum est. Secundo probatur, quia de facto nulla res creata

e à causis 2is; d. à solo Deo; q. dependet à solo Deo; d. eo ipso q. dependeat à Deo p se ipsam dependet, quin egeat actione dista; actio creativa idatr cum tro creato.

In super illa dependêa, quâ Angelus, materia 1a, et alia, quę natr educuntr, et miraculose creantr, Vg accidentia Eucharistica, e actio idatr cum Angelo, materia 1a etta, d. n. e actio, quę facit dependere Angelum à subto; cum actio creativa sit quę e pro ductio independentrá subto: illa actio esset creativa.

Solutionem ad argũta in contrarium allata adhibebis xa dicta, capite anti, refutatio aliarum sententiarum etiam perviae; nam ad 1m Patris Valentia dico, si à voluntate Dei n. distingueretr creatio, ab ęterno daretr actio creativa Angeli, et ipse Angelus ab ęterno existeret, q. d. e 2a eidem, ut capite prę cedenti diximus. Idem dicendum ad 2m Ferrarę et Nominalium sentam. Sa Patris Suarez ex rationibus nostrę sentę recta illius improbatio colligitr.

Disputatio 2a;

qd nam sit actionis eductivę, et creativę subiectum? ubi alia dubia expenduntr.

caput 1m

de actionis eductivę subto iudicium fert.

Ne gratis, et absq. fundo dictum sit à nobis, actionem eductivam recipi in subto, seu causa materiali, in illaq. consistere essentiam passionis, ut à nobis libro 2e tractu 3o Deo 2a statuitr, nunc robo randa nostra sentta erit. Duplex subtum agnoscitr à Philosophis, aliud inhęsionis, et aliud adhęsionis: subtum

380. inhesionis dicitur illud, quod per secundariam caulitatem causat formam: subiectum adhesionis dicitur illud, quod non est ullo modo causa materialis formae, ut aggregabilis: rogamus modo, quale sit subiectum inhesionis actionis eductivae. Hic notabis non loqui nos de actionibus eductivis educitivis immanentibus, nam si immanentes sint certum est, recipi in agente: quia cum subiectum talis actionis immanentis, sit ipsum agens, fit actionem immanentem in agente recipi, ut intellectio, quae producitur ab intellectu, et recipitur in illo: de actionibus ergo transeuntibus, ex quarum terminus productus non manent intra ipsum agens loquimur in praesenti, ut actio, quâ ignis in ligno alium ignem producit.

Docet igitur 1a opinio, omnem actionem eductivam recipi in agente tanquam in subiecto inhesionis; pro illa stant Scotus, Caietanus, cui favet Divus Thomas; sed communiter ab aliis reiicitur haec sententia; 1o quia si ob aliquam rationem actio reciperetur in agente, maxime, ut istud constitueretur agens in actu 2o; sed potest constitui in actu 2o agens, quin recipiat in se actionem ergo: probatur minor a paritate; Deus enim perfecte agit per actionem eductivam, quâ simul cum creatura concurrit, et tamen Deus non recipit in se actionem eductivam; cum Deus nequeat exercere rationem subiecti ratione formae creatae: ergo etiam agens creatum erit perfecte agens in actu 2o, quin recipiat in se actionem eductivam.

2o reiicitur, quia actio eductiva in nostra, et veriori sententia Philosophorum est passio, sed passio non recipitur in agente, sed in passo: ergo actio eductiva non recipitur in agente; dico quia simul reciperetur in agente, et passo; et si distarent inter se in diversis locis eadem entitas eductionis esset simul in duobus locis adaequatis, quod nobis repugnat. Oppones; si actio reciperetur in passo, illud denominaret efficiens, cum effectus formalis actionis sit, denominare efficiens: ergo ut solum denominet efficiens primum, in solo agente debet recipi. Respondeo negando antecedens; solum enim denominat efficientem suam

causam, non tamen subiectum, quia actio non praestat omnem denominationem, quam praestare potest cuicumque subiecto; subiectum autem denominat patiens, et terminum denominat productum; sic se habet unio, quae ex sua ratione habet solum denominare subiectum recipiens, et formam instantem; non tamen tribuit subiecto, aut formae quamcumque denominationem, quam tribuere valet.

Quarta opinio valde plausibilis apud Thomistas adstruit, actionem eductivam recipi tanquam in subiecto inhaesionis in termino, qui per illam producitur. Sed displicet hoc mihi; sic illam reiicio; si actio subiectaretur in termino tanquam in subiecto inhaesionis, causante illo materialiter actionem, ut admittunt hi Doctores, terminus productus esset causa materialis sui ipsius; sed hoc implicat; ergo: probatur maior, quia aliter causa effectum causat, nisi quatenus causat causalitatem ipsam, per quam causatur effectus; sed terminus causaret materialiter ipsam causalitatem, qua ille causatur: ergo esset causa sui ipsius.

Dices, causam materialem non esse proprie, et vere causam respectu effectus secundarii; unde ille terminus non esset proprie causa materialis respectu illius actionis; et consequenter non esset vere causa sui ipsius. Contra est; quia licet verum sit, hoc in nostra sententia; adhuc ille terminus esset in suo genere causa improprie illius actionis; atque eodem modo dependeret a se ipso tanquam a causa impropria sui ipsius.

Praeterea reiicio; quia subiectum requiritur generatione, et natura prius, quam ipsa res generata: ergo si terminus esset subiectum inhaesionis respectu actionis, esset prior natura ipsa actione; sed implicat, quod terminus sit prior natura actione: ergo implicat, quod sit subiectum illius. Confirmatur illis omnibus rationibus, quas libro 2o tractatu 1o de causis praestavimus, non posse duas causas se mutuo causare, nec se ipsam qualibet aliam entitatem.

Hinc est actionem generativam nullo modo recipi in termino, etiam tanquam in subiecto adhaesionis; nam eo ipso quod

9.82 actio generativa reciperetur in termino, reciperetur in illo, ut in subjecto inhaesionis; et hoc implicat, ut supra dixi: ergo; maior constat; nam cum actio sit modus producitur cum essentiali dependentia a suo subjecto inhaesionis; et illa actio haberet essentialem dependentiam a termino, siquidem dependenter ab illo produceretur; ergo terminus esset subjectum inhaesionis actionis eductivae.

Vera sententia tenet, actionem eductivam recipi in solo subjecto termini tanquam in subjecto inhaesionis, quod passum, et mobile solet a Philosophis appellari: ita P. Suares de 48 Metaphysica sect. 4, P. Arriaga, P. Oviedo, et alii docti iuniores. Probamus 1º hanc sententiam; actio eductiva non recipitur in agente creato, nec in increato; item nec in termino, ut constat ex impugnationibus praecedentibus 1ª, et 2ª sententiae; et non restat aliud, in quo possit recipi, nisi in subjecto termini; ergo in illo recipi debet.

Secundo probamus; actio eductiva est idem cum passione secundum nostram sententiam; et passio recipitur in passo, sic attestante Aristotele, qui passionem definivit, esse actum huius in hoc, id est actum agentis in passo: ergo actio eductiva recipitur in passo tanquam in subjecto inhaesionis a quo essentialiter dependet. Hinc colliges, illas actiones eductivas, quas Deus se solo producit identificatas cum terminis recipi necessario in passo; quia in terminis non recipiuntur, identificantur enim cum illis; non in agente creato, ut dictum; ergo in passo creato recipi debent.

Sed arguunt 1º oppositi PP.; actio magis proprie est perfectio intrinseca termini, quam passi; ergo in termino debet recipi actio eductiva. Probatur; actio non ordinatur ad dandam existentiam passo; et solum termino; ergo magis perficit intrinsece terminum, quam mobile. Confirmatur actio eductiva est modus termini; ergo est unio sui cum termino; at ergo adeo cum illo immediate unitur. Solvitur negando antecedens; ad probationem concesso antecedenti, negatur consequentia; quia non perficit actio subjectum, et terminum; nec inde sequitur

id recipiatur in utroque, sed tantum non recipitur in subiecto, a quo essentialiter dependet. Ad confirmationem negatur antecedens, solum enim illa actio non dicit passionem, cum qua unitur se ipsa.

Arguunt 2o; actio generativa denominat terminum intrinsece productum: ergo debet recipi in termino: probatur consequentia, quia forma nequit praebere denominationem intrinsecam, nisi uniatur cum illo, quod denominat: ergo eo ipso, quod actio denominet terminum intrinsece productum, debet cum illo uniri, et in illo recipi. Respondeo negando antecedens; actio non eductiva non denominat intrinsece terminum productum, componendo videlicet illum intrinsece; sed extrinsece tantum denominat in genere causae efficientis, quae actio, ut quo communicat existentiam effectui, quin cum illo uniatur.

Caput 2um;

actionis creativae subiectum investigatur.

Quodnam sit subiectum actionis creativae, difficile certe a nobis dicendum poterit assignari: certum quidem est, actionem creativam non recipi in subiecto termini, tanquam subiecto inhaesionis, quia terminus, qui creatur, ipse saltem ut creatus non habet subiectum, ut Angelus, et materia prima, quae non creantur dependenter aliquomodo ab aliquo subiecto; licet enim anima rationalis creatur dependenter a materia, tanquam a subiecto, caeterum dependentia quae ab illa habet non est proprie et stricta ex vi actionis; sed dependentia secundum quid, quatenus videlicet materia se habet ut conditio, ut Deus creet animam rationalem, sic creatur dependenter ab illa; non quia actio creativa, qua creatur dependeat essentialiter a materia, sicut actio generativa dependet: alioquin actio creativa foret eductiva, nec ullo pacto distingueretur a passione.

Subdividitur denominatio intrinseca in eam, quae est adaequate intrinseca; et in eam, quae partim intrinseca, partim extrinseca est: adaequate intrinseca est illa, quae tribuitur a forma omnino intrinseca: ut homo dicitur calidus a calore: denominatio autem partim intrinseca, et partim extrinseca est, cuius forma est mixta ex forma intrinseca, et extrinseca subiecto denominationis; sic in mea, veriorique sententia actus internus dicitur verus; veritas enim, quae forma est, a qua dicitur actus verus, quae constat ex obiecto, quod est extrinsecum actui, atque constat ex ipso actu, quo nihil magis intrinsecum ipsi.

Similiter subdividitur denominatio extrinseca in eam, quae est partim extrinseca, de qua proxime diximus; atque in eam, quae est extrinseca adaequate, scilicet proveniens a forma realiter adaequate extrinseca subiecto; ut homo dicitur cognitus a cognitione divina, quae nullatenus homini identificatur, aut unitur.

Secundo dividitur denominatio in essentialem, et accidentalem. Prima est, cuius forma identificatur realiter cum subiecto v.g. homo est animal; animal est concretum metaphisicum, idest, habens animalitatem; quare animalitas est forma totius denominationis, quia animalitas, quae identificatur realiter cum subiecto, ipsi tribuit essentialem denominationem. Denominatio accidentalis est, cuius forma distinguitur realiter a subiecto; ut Petrus est albus, Petrus dicitur albus ab albedine, quae albedo, ut potest forma a Petro distinguitur realiter.

Tertio denominatio alia est respectiva, alia extrinsece comparativa: prima est, in cuius forma datur independenter ab intrinseco realis ordo ad suum terminum v.g. Petrus cognoscens

in cuius denoationis forma, nempe cognitione, datur independentia ab intra 3

comparante realis ordo ad Petrum, cuius est cognitio. Denoatio extrinsece

comparativa non potest non esse extrinseca subiecto; et est illa, in cuius forma nul-

lius datur ordo ad subiectum, nisi intrans comparans accedat. Sic Petrus

non poterit dici dexter quin mei, nisi intrus accedat conferens Petr-

um me cum: similiter dicendum iudico in denoationes similis, at-

que in aliis huiusmodi.

Quarto dividitur in denoationem physicam,

metaphysicam, et moralem: physica, meo videri erit, in qua appel-

latio formae ad subiectum est unio realis, quaecumque illa sit: sic se habet di-

namen unitam dicitur physicis, et per calorem inhaerentem dicitur ma-

nus calida. Denoatio metaphysica sit, in qua applicatio formae ad

subiectum est identitas realis cum illo; sic Deus dicitur homo ab huma-

nitate, cum qua identificatur. Denoatio vero moralis sit, cuius forma cum di-

stincta sit realiter a subiecto, neque cum illo realiter unita, ita se ha-

bet respectu illius, ac si uniretur: sic cognitio moraliter denoat parietem

cognitum physice: sic se habet voluntas regia pretium rebus inducens.

Demum

dividitur denoatio in eam, quae est directi denoativi, et in eam,

quae est directi quidditativi; quae haec duo directa in re, et substantialiter

non differre, sed modaliter tantum, idest, in modo significandi utrumque

directum, pro comperto habeo. Sed de his quaestione 3a dicemus: ex

quibus omnibus denoationibus plures alias mixtas invenire promptum

cuique erit; nobis autem fastidiosum esse videtur, illas recensere.

Quaestio 2a
de partibus denoationis obtiue
Sectio 1a
de subiecto, et forma.

Habet denoatio

obiectiva suas partes, ut ex illius definitione praesenti quaestione constat, de quibus seorsim dicendum breviter est. denominatio obiectiva includit subiectum, formam, et formae respectum ad subiectum. Igitur prima pars denominationis est subiectum; quia si physice deficiat, vel non intelligatur id, quod denominationi subiicitur, denominationem ipsam deficere, aut non intelligi, necessarium est. Probatur aperte; quia si nihil sit subiectum albedinis, aut cognitionis, quo modo dicemus, aliquid esse cognitum, aut dealbatum. Sed nota, nos hic non loqui de subiecto physico formae, de cuius ratione satis in physicis demonstravimus tractatu secundi libri egimus; sed subiectum in praesenti usurpamus pro eo, quod aptum est de quo aliquid enuntietur per nomen concretum, seu adiectivum.

Circa huius subiecti naturam dico primo: saepe accidit, quod subiectum physicum receptionis sit forma denominationis, et econtra, forma receptionis physicae sit subiectum denominationis: probatur; quia subiectum denominationis est id, de quo per nomen concretum, seu adiectivum aliquid enuntiatur, seu praedicatur; et forma denominationis est id a quo talis enuntiatio desumitur, quod saepe taliter se habent subiectum, et forma physica receptionis: ergo. Probatur minor: in primis subiectum physicum denominatur recipiens a forma receptionis. Secundo forma receptionis denominatur a subiecto recepta; id est, habens passivam receptionem: quae ad invicem rationem subiecti, et formae denominationis sortiuntur; ita ut forma physica receptionis evadat subiectum denominationis, et econtra subiectum physicum receptionis evadat forma denominationis: quod videre est in unione physica animae cum materia; quae dum dicitur anima materia recepta, est subiectum denominationis; dum autem ab illa dicitur materia recipiens, sive formaliter habens, sive unita, unio dicitur forma talis denominationis: similiter poterit se habere unio corporis animae, aut cuiusvis physicae formae.

Dico secundo: subiectum adaequatum etiam denominationis potest esse eiusdem denominationis forma partialis: probatur: in cognitione, veriori sententia veritas, et conformitas eius obiecto, quae forma est a qua

dicitr actus verus, et conformis, constituitr essaliter per ipsum actum: quia actus ipse est partialis forma denominationis veri, et conformis: cum ipse actus est adaequatus subiectum denominationis illius; quia obiectum neque verum dicitur, neque conforme; cum solus actus dicitur esse verus, et conformis: ergo ipse actus, et est subiectum adaequatum, et inadaequata forma denominationis.

Dico 3°: potest etiam aliquid simul esse subiectum inadaequatum atque adaequata forma denominationis. probatur in homine, qui totus dicitur vivens, et rationalis ab anima; cum totus homo constituitur partialiter ex anima; quia anima seipsam denominat: patet conseq. quia anima est forma denominans ditotum, in quo ipsa includitur essaliter: non enim denominat solam materiam viventem, et rationalem, neque solam unionem, neque utramque simul; cum totum resultans ex materia, anima, et unione denominat vivens, atque rationale. Modo sic: quia ipsa anima est partiale subiectum denominationis; at simul est adaequata forma talis denominationis, quia nihil est aliud, a quo homo dicatur vivens, et rationalis: ergo anima simul est subiectum inadaequatum atque adaequata forma denominationis.

Dico 4°: non minus est aliud denominationi forma, quam subiectum: clarior mihi haec est haec conclusio, quia cum forma denominationis nihil aliud sit, quam id, ex quo denominatio desumitur formaliter, et quod primum quasi exhibitione formales causat denominationes, aperte convincitur, sine tali forma intelligi non posse denominationes adaequate constitutas, et denique illas constitui: ergo Petrus albus in re, nihil est aliud, nisi totum resultans ex Petro, et albedine ipsi inhaerente: quia tam deficiet Petrus albus deficiente Petro, quam deficiente albedine inhaerente; quia qualibet parte coniuncti deficiente, eo ipso deficit totum resultans ex omnibus.

Sed dices: albedo neque physice, neque metaphisice causat formaliter, et primum album: quia non est de essentia albi: quia forma facit extra exhibitionem album: quia non est de essentia albi: cum distinguitur ab eo, non causat albedo denominationis essentiam:

album, ut positum est, nego antecedens; album enim est concretive sumptum, quod resultat ex subiecto, unione, et albedine: non causat albedo album spesificative acceptum; concedo antecedens, album spesificative est precisse id subiectum, quod dicitur esse album, sive homo sit, sive paries, aut aliud quidpiam, de hoc latius quaestione sequenti.

Dico 5: Dantur etiam denominationes, in quibus partiale subiectum sit partialis forma: id patet aperte in quacumque collectione, sive per se sit, sive per accidens; quaelibet enim pars est partialis forma denominationis totius, et quaelibet etiam est subiectum partiale, de quo vere dicitur esse totum partialiter.

Dico 6: Aliquae sunt denominationes in quibus, cum plures partiales formae concurrant, quaelibet ex illis est adequatum subiectum denominationis; v.g. Petrus, quod homo est, est similis Ioanni, qui similiter homo est: unde forma adequata illius denominationis similis in natura humana est uterque homo collective, et quilibet est forma partialis; quod quolibet deficiente, aut non intellecto, deficit formaliter ista illius denominationis. si enim Petrus desinat esse homo, quomodo Ioannes dicetur similis in natura humana? et quilibet ex illis est partialis forma denominationis; et deinde quilibet est adequatum subiectum denominationis; quod de quolibet vere dicitur absolute, quod sit alteri similis in natura humana: et idem et est partialis forma, et adequata denominationis subiectum.

Dico 7: Aliquae sunt denominationes, in quibus idem est subiectum adequatum, atque adequata forma denominationis: id accidit in denominationibus metaphysicis, v.g. homo est animal; nam ratio quare animalitas est forma adequata, et similiter adequatum subiectum est; quia realiter identificatur cum adequato subiecto, vel homine

Sectio 2a.

Quem ordinem forma ad subiectum agnoscit.

Praeter subiectum, et formam ad omnem denominationem altera requiritur specialis

a'us, atq fr̃e ad subtũs habitudo: assero igitur 1o: sine tali a'u nulla potest dari denoatio; probatur, q sibi possunt coexistere sbs, et albedo, homo, et cognitio, et tamen nequit sbs denoari albus, vel homo cognitus; subiectũ n̄ dicitur albus ab albedine inhaerente parieti, etsi ipsi coexistat; neq homo dicitur cognitus a cogne tracta adequus, licet homo, et illa cognitio simul existant; de quo pari modo fieri potest inductio p omnia subiecta, omnes denoationes fr̃as, dummodo neq fr̃e, neque subta se respiciant essaliter: ergo praeter id, qd in denoatione dicitur subiectũ, atq praeter id, qd dicitur fr̃a aliqd aliud requiritur ad denoationes.

Dices; si praecisse supponantur in rerum nãra m̃a, et ipsius unio, m̃a erit, et dici poterit unita; quare unio erit fr̃a, m̃a autem denoationis subtũs: ergo dabitur denoatio ex praecisse, qd sibi coexistant fr̃a, atq denoationis subiectum: ergo denoationis essa nihil aliud praeter fr̃as, et subiectũs petit; alioquin intelligi n̄ posset denoatio, quin illud aliud, vlt a'us, intelligeretur distinctus.

Respondeo, admisso anti, distinguendo cons: ergo dabitur denoatio ex praecisse, qd sibi coexistant subtũs denoationis, et fr̃a essaliter se respicientia, concedo coam: subtũs, et fr̃a, quorum neutrum petat essaliter denoare alterum, aut ab illo denoari, nego coam: in illa igitur hypotesi m̃a esset unita; & tunc daretur specialis a'us ad denoationes petitus, qui quidem esset idatus cum ipsa unione, quae cum modus sit uniendi m̃am, essaliter petit eam unire, atq unitam denominare.

Instabis: posita in duobus hominibus duplici albedine, sine alio prorsus respectu realiter disto, aut unione; evadunt illi duo illi homines albi: ergo etc. Respondeo, concesso anti, negando coam, in qua contenditur denoationem resultare ex solius fr̃e, et subti positione: nam n̄ recte infertur

ex illo anni cuius praeter hos illos, et albedines, quatenus haec forma est denominationis, datur in utraque albedine ordo specialis indatus, quo quantum est ex se respicit aliam albedinem, atque quantum est ex se efficit subiectum, cui inhaeret, simile subiecto habenti alteram albedinem. Licet enim albedo sit forma absoluta in existendo, quia ut existat, nullam aliam albedinem exigit existentem; at in denominando non est omnino absoluta; sed quantum est ex se, est respectiva, id est, ex se apta efficere Petrum similem Ioanni, si in illo alia albedo supponatur existens.

Assero 2°: hic ordo saltem partialiter consistit in unione, vel quasi unione formae denominationis ad subiectum: pro quo nota ex sessione 2a praecedentis quaestionis, denominationes esse intrinsici differentia, metaphysicam, physicam, et moralem; et hoc praenotato, assero: specialem hunc ordinem, habitudinemque formae denominationis ad subiectum consistere saltem partialiter, si de metaphysica denominatione loquamur, in identitate reali formae denominationis cum subiecto: si vero de physica denominatione loquamur, consistere in unione physica formae cum subiecto; quod si tandem de morali denominatione sermo sit, assero, specialem illum ordinem, saltem partialiter ex illa quasi existimata unione, seu applicatione formae ad subiectum, constituendum esse.

Probatur solutio: posita identitate reali inter animalitatem, et hominem, manebit alligata, et quasi restricta animalitas ad hominem, ut eundem, si alia inde actus ad denominationem supponatur, de quo inferius dicam, denominet metaphysice animal: similiter alligata manebit physice albedo ad Petrum, posita physica unione inter utrumque, ut eundem physice denominet album: item posita tratione cognitionis ad Petrum, resultat denominatio illa, quam diximus, appellari moralem; ergo in praedicta identitate unione, vel quasi unione, collocandus saltem partialiter est specialis ille respectus, aut habitudo formae ad subiectum, ut denominatio obiectiva resultet.

Assero 3: non sufficit illa identitas unio, aut quasi unio ad denomin-
ationes; sed ulterius requiritur capacitas passiva subiecti, et etiam ac-
tiva capacitas formae ut a subiecto recipiatur, et sic forma in ipsum tribuat
denominatio subiecto. Haec capacitas impertinens visa est nullis Authoribus
opinantibus unione petita in formas, et subiectum non posse non resul-
tare denominationem; quare lapis denominaretur intelligens, si cum
intellectione uniretur; sed quam falsi sint, nostra doctrina per suas
partes, ni fallor, ostendit.

Et solo loquor de metaphysica denomina-
tione: intellectio divina identificatur realiter actualiter cum volitivo
divino, quod denberet intelligens volitivum divinum; non alia de
causa, nisi quia volitivum capax ex se non est illius denominationis, neque
intellectio habet activam aptitudinem, ut volitivum denberet;
similiter personalitates divinae identificantur realiter actualiter cum intelle-
ctione, volitione etc., cum neque personalitates possint denominari vol-
entes, neque intelligentes; neque volitio, et intellectio possint dici
personae: quia praeter identitatem, requiritur capacitas, quam adstru-
imus, ad metaphysicam denominationem.

Forte dices; intellectio-
nem divinam non denominare volitivum intelligens, quia non habet iden-
titatem cum illo necessariam ad istam denominationem; si enim haberet, deno-
minaret: sed dico; quia ideo non habet hanc, de qua loqueris, identitatem, quod vo-
litivum ex se capax non est denominationis intelligentis; si enim esset
capax, talem identitatem haberet: Deus est, sicut et caetera entia,
habent omnem identitatem, cuius capacia sunt: nam si Deus non ha-
beret aliquam identitatem, quam posset habere, sequeretur, quod Pater posset
esse alius a seipso; atque a se distinctus realiter: nam si potest ha-
bere identitatem, quam non habet, reduc hanc potentiam ad actum; iam
Pater habebit illam identitatem, et statim erit realiter alius, quam erat,
dum non habebat illam identitatem; denuo non habebit realitatem

quas minime prehabuerat. Quae Methamorphosis nemini sano tum erit implicatoria.

Ostenditur etiam nostra assertio in denoatione phicâ; 1º: intrus humanus unitur immate mae, et intrus, et anima unum ti; et nihilominus intrus non denoat m am intelligentem, neque ipsa denoatur intelligens ab intru: 2º cognitio directa, quâ ego cognosco parietem, unitur phisicè cum meo intru, et tamen meus intrus non denoat cognitum; sed cognentem; sicut neque parietem denoat cognentem, sed cognitum. Rogo, unde haec denoationum diversitas oriatur? sane non aliunde, nisi ex eo quod meus intrus capax sit denoationis cognentis, non vero sit capax denoationis cogniti per illam cognem: et similiter paries denoatur cognitus, et non cognens; quia primae solius denoationis est capax.

Unde inferes: cognem lapidi unitam daturam ipsi denoationem habentis, aut unitionis quae huius capax est sed non daturam denoationem cognentis. 3º tandem, ut infinita alia exemplorum genera omittam: verbum divinum de facto assumens naturam humanam, assumere potuit improbatissima theologorum genta quamlibet irralem naram; in qua hypotesi personalitas verbi naram irralem denoaretur subsistentem, non vero personatam; quia primae denoationis capax est nara irralis, et incapax secundae: utramque autem denoationem tribuit personalitas narae humanae, quia haec capax est utriusque.

In ea etiam denoatione, quam moralem diximus, patet assertio: etenim cognitio tracta ad ens impossibile non tribuit ipsi denoationem entis realis; licet ipsa cognitio sit forma realis, quia ens impossibile capax non est talis denoationis: similiter eadem libertas, quae sub praecepto prohibente actionem, denoat actum moraliter malum, in indiferens illa est, ut denoet actum bonum; et tamem sub praecepto prohibente non denoat bonum: quia illis circunstansiis tollitur, vel impeditur capasitas actus ad illam denoationem.

Sectio 3a

De enuntiatione ad denoationem formalem requisita, et consequenter praedicta quaesita non nulla.

Attingebamus in duabus sectionibus praecedentibus constitutiva, seu partes denoationis obiectivae, idest obiecti denoationis, sive appellationis formalis: modo de ipsa formali denoatione dicendum restat. Illa potest tripliciter accipi: 1° omnino formaliter, idest pro ipso nomine, quo exprimitur denoatio obiectiva, qualiter de illa locuti sumus quaestione 1a sect. 1a. 2° pro obiecto praedicti nominis, quo modo, ut diximus, locuti sumus in praesenti quaestione. 3° potest accipi denoatio formalis pro ipsa actuali enuntiatione, quae necesse est involvat obiectum.

De denoatione igitur 3° hoc modo accepta, censeo, illam constitui ex forma denoationis, et subiecto, atque ex omni utriusque, et deinde addere enuntiationem; conclusionis pars 1a constat ex dictis; ut certum est, quod si actualis enuntiatio doctrinaliter probata involvit, ut certum est, obiectum sui ipsius; quia affert subiectum, formam, atque respectus, ex quibus omnibus, ut ostendimus, constat obiectum: probatur 2a pars ex ipsa nominis apprehensione: quia denoatio est idem, quod appellatio, ipse sermo, nisi vocibus ludere velimus; sed appellatio affert essentialiter enuntiationem, sive vocalem, sive mentalem, sive scriptam: ergo eandem affert denoatio.

Unum superest dubium de enuntiatione, qualis illa futura sit, indicium ne requiratur, an sufficiat apprehensio? Credo, ad denoationem formalem sufficere apprehensionem complexam, ut homo albus; mea ratio est, quia ad denoationem necesse non est, quod affirmationis ea, ut dicatur formalis, quod ad denoationem necessarium est, quod affirmetur vel negetur denoativum de subiecto; quod non requiritur in dicimus ...

probo antecedens: sufficit ad denoationem formalem illa enuntiatio, per quam formaliter exprimatur denoatio obiectiva, ut negari

ri posse videtur, id est per apprehensionem complexam exprimitur formaliter denominatio obiectiva, ut homo albus, per quas voces formaliter affirmatur, atque intelligitur subiectum, et forma inhaerens subiecto cum unione, quam diximus; in qua consistit obiectiva denominatio: quare enuntiatio per apprehensionem complexam sufficit ad denominationes formales, neque ad illam requiritur iudicium, licet etiam sufficiat.

Immo

iudicio ad denominationem formalem sufficere etiam simplices apprehensiones per quas homo, vel conceptas album, calidum et similia, quae simplices sunt apprehensiones, si adiective sumantur significant formaliter totas denominationes obiectivas: quoniam album si adiective acceptus redditur formaliter, et exponitur per habens albedinem: ubi affirmatur subiectum, unio, atque forma; id est, tota denominatio obiectiva: similiter calidus idem est ac quod habens calores, et similia.

albus

Qua potuimus brevitate, egimus hucusque de denominativis, atque denominationibus; quibus omnibus, ut lux securior affulgeat, quaeri poterit 1o: utrum ad denominationes requiratur existens subiectum? quod dubium viget etiam esse formam, atque unionem. Respondeo fixam, atque universalem regulam tradi non posse esse existam realem. Observa quod hoc universale progressum, abstrahendo ab existentia reali subiectum, forma, atque utriusque unionis debent esse in statu convenienti cum denominatione formali.

Hoc probatur, facta inductione 1o: plures sunt denominationes, in quibus requiritur, quod neque subiectum, neque forma, neque unio existant, quod scilicet haec omnia negantur existere: ut Petrus non est existens; neque Petrus, neque existentia, neque identitas utriusque datur in rerum natura. 2o: aliquae denominationes in quibus requiritur non existere unionem, et abstrahitur ab existentia subiecti et formae: ut Petrus non est albus: hic tantum negatur unitio, sive unio inter album, et Petrum: abstrahiturque ab existentia Petri, atque albi; sive existat, sive non, Petrus, atque album; si tamen album alligatum non sit Petro, qualiter supra diximus, semper manet illa denominatio Petrus non est albus

3º: et denoationibus etiam positivis multæ sunt, in quibus futurum, neque existens requiratur subiectum, et forma tamen, atque ipsius applicatio ad subiectum obiectivum, debeant existere realiter, ut Petrus cognitus actualiter, ita ut appellatur ab illa denoatione, sive existat, sive futurus sit, sive non sit, sive impossibilis reddatur, quæ cognitus appellabitur: at forma, quæ cognitio est, atque ipsius relatio ad Petrum, debet existere actualiter, quomodo non aliter dici poterit cognitum actualiter obiective. 4º: aliæ denominationes requirunt omnium partium fugam existentiam, ut Petrus albus, manus calida: et tunc deficiente non realiter vel Petro, vel albedine, vel unione utriusque, denoatio deficiat, necesse est: et similiter de manu calida, et aliis. Quinto: aliæ denoationes requirunt existentiam realem subiecti, et abstrahunt ab existentia realis formæ, atque etiam non ens: ut peccator, nemo potest denoari, nisi existat, at denoabitur peccator, sive actualiter existat phisice peccatum, quod est forma, sive non existat, sed transactum iam sit. Sexto: aliæ denoationes non solum non exigunt, sed etiam excludunt actualem existentiam subiecti: ut desideratum, futurum; id non semel dicimur habere desiderium ut futurum præsens esse non potest eo modo, quo trahit desiderium: scilicet futurum præsens esse non potest, atque eodem modo præteritum.

Ex his satis ostensum est, non semper requiri omnium partium denoationis existentiam, neque realem; imo aliquando nullius partis existentiam requiri, seu requiri etiam omnium non existentiam: quod intendebamus in ea, quam tradidimus regula universali: sed quia in eadem diximus, subiectum, formam, atque applicationem utriusque debere esse in statu congruenti cum denoatione tali, rogabis, qualis sit ille status? Dico:

Omnes partes denoationis futuras esse in statu obiectivo existentiæ, licet realiter non existant, et exemplo probabitur res: ut Petrus est possibilis: ut Petrus existeret animal rationale, si existeret: in his, et similibus propositionibus affirmatur pro subiecto Petrus: qui tamen

n requiritur, ut existat realiter; sed sufficit, si tantum existat obiective, idest, eodem modo attingitur per illum conceptus Petrus, atque attingeretur, si existeret: sicut in hac denominatione, Petrus est albus cum abstrahatur ab existentia Petri, per tantum affirmatur obiective, ut explicatum est.

Sectio 4a
Alia dubia discussa.

Quaeritur 2: a quonam desumenda sit denominatio, a subiecto, vel forma, vel respectu, an ab omnibus simul? an sibi satis reperiuntur? Respondeo ob huius quaesiti desitionem; cum saepe videant, derivationem denominationis variari, iam a subiecto, iam a forma, iam ab unione, vel identitate deduci appellationem; id nullius difficultatis apud illos esset, si distinxissent, ut nos distinximus in sectione 1a huius quaestionis conclusione 1a inter subiectum physicum receptionis, et formam, atque inter subiectum, et formam denominationis: consentaneum ad ea, quae ibidem diximus, tenendum, denominationes deducendam naturam a forma ipsius denominationis.

Probatur conclusio: ex omnium consensu forma denominationis est id, a quo oritur, atque dimanat formaliter appellatio: ergo quodcumque sit id, a quo oritur, atque dimanat formaliter appellatio erit forma denominationis: sicut homo est id, quod est animal rationale, sequitur evidenter, quod id, quod est animal rationale, sit homo: modo sic: quodcumque sit id, a quo oritur formaliter appellatio erit forma denominationis ergo a nullo alio desumi potest appellatio, seu denominatio, nisi a sua natura forma denominationis; alioquin si denominatio posset desumi ab aliquo, quod non esset forma denominationis, sequeretur, non futurum formas denominationis quodcumque sit id, a quo oritur, et dimanat formaliter appellatio; contra id, quod concessum est.

Unde inferimus, saepissime esse formas denominationis denominationis subiectus physicus receptionis

aut metaphisicus et etiam esse subiectum denominationis formam physicam, vel etiam metaphisicam: infert etiam unionem, licet idatem, iam subiecti, iam formae denominationis vices agere posse, quae omnia plures solutiones exemplis probata sunt a nobis in 1a sectione huius quaestionis. Id solum nunc ... plures esse denominationes formales, quae ex libero fidelium usu dependent: cum si potius homo dicitur ab unione mortalis, et defectibilis, quam ab anima, et materia indefectibilis, atque immortalis: cur etiam dicitur corporeus a materia, et non dicitur spiritualis ab anima? sane non alia de causa, nisi quia sic appellare homines voluere, cum aliter appellare potuissent.

Quaeritur 3o: utrum duo possint sibi invicem tribuere denominationem, ita quod unum sit subiectum, et forma alterius, et e verso, alterum sit forma, et subiectum primi: et quidem haec quaestio non est: utrum aliquid esse possit subiectum, et simul forma physica alicuius et tantum loquimur de subiecto, et forma denominationis. Negat quidam Recentior ingeniosus, quia inquit, sequeretur mutua prioritas.

Censeo 1o: potest dari mutua denominatio in diverso genere: probatur aperte quia effectus denominatur a causa, et vicissim, causa ab effectu; forma dicitur recepta a materia, et materia informata a forma: quod erat 1um. Censeo 2o: mutua denominatio potest etiam dari in eodem genere, ubi non intercedit essentialis dependentia inter subiectum, et formam: v.g. Petrus albus est subiectum, et forma similitudinis cum Ioanne albo; et vicissim Ioannes albus quoad Petrum, ut diximus sectione 1a solutione 6a. Ratio est, quia non sequitur mutua prioritas in eodem genere, quae communiter dicitur implicare; Petrus enim albus non dependet essentialiter in albedine a Ioanne, neque e contra.

Quaestio 3a

De concreto.

Sectio 5ª

Quid sit concretum, et an multiplex sit.

Sine concreto nulla potest existere denominatio, neque huius notitia sine concreti notione haberi potest: ideo hanc quaestionem hic annectere necessarium visum est, quae etiam lucem afferet pluribus in Philosophia, Theologia et aliis disputari.

Concretum, ut ex nomine constat, est coniunctum, seu conglobatum ex pluribus: unde colligitur aperte multiplex futurum esse concretum pro varietate partium concurrentium ad componendum illud totum: quare concretum invenitur intrinsecum, extrinsecum, essentiale, accidentale, physicum, metaphysicum, morale: quorum omnium explicationem habes in quaestione 1ª sectione 2ª, dum denominationem obtivam divisimus, eadem ... dicta volumus de concreto. 2º ibidem statuta: sic ... regulas logicae concretum definitur, sicut, et denominatio obtiva sectione 1ª quae ... definita fuit compositum, seu collectio ex subiecto, et forma denominante appellatione: ut homo albus, manus calida.

Communiter dividitur, et praecipue concretum in denominativum, et quidditativum: denominativum dicitur esse, cuius forma affertur in obliquo, cum subiectum afferatur in recto: ut habens albedinem; homo, seu habens humanitatem. Concretum quidditativum dicitur esse, cuius omnes partes afferuntur in recto, ut homo, albedo, et unio utriusque.

Haec communissima divisio implicatissima est variis difficultatibus modis, dum sic confuse proponitur ab authoribus, et inter alia plura ... observabis eorum ... plene satisfieri huic arguto, ut ... ... subiecto, ... afferatur in recto, tantum ... subiecto id, quod cum ipso praedicato identificari; et identitas solum enuntiatur inter rectum

subti, et rectus prati, n intro obliqua: q forma concreti denominativi
n d ipsi essalis; q afferter in obliquo: mirum e in quas n abie-
rint solutiones, difficiliores argueto, ut ipsi satisfaciant:
d forte nos solutiones ab ipsis n assecutam, inferius inve-
niemus.

Igitur multis ab hinc diebus fixum animo stat, divisio-
nes praedictam: e ipsa nullam ee; d idem concretum diversimode allatus
probo concretus quidditativum, et denominativum in re n distinguitur, con-
cretum q d dicitur denominativum, id ipsum reipsa, et nihil aliud
affert, q d affert concretus appellatus quidditativus: q reipsa idem
eross? Cons. e evidens: probo ans: Concretum, q d dicitur denominativus, re-
ipsa, et independenter ab explicatione, et conceptu mentali nihil
aliud affert, qm subtum, formas, et hz unionem ad subtum; d si e com-
mialet pri nihil aliud affert concretus appellatum quidditativus, ut
evidens e inspecto harum vocum, homo, albedo, et unio utri-
usque, q d idem ipsum realiter e, atq obtum harum homo ha-
bens albedines: q male dividitur concretum in quidditativus et
denominativus divisione reali.

Censeo nihilominus divisione no-
minali, seu explicativa posse bene dividi concretus in denomi-
tivus, et quidditativus, id e posse docent ee duplicem explicationes
us dem concreti: concretus denominativum, q album dicit formas in ee
contingenti subto; concretus autes quidditativus, q albedo, subtus
et unio, ideo dicitur quidditativum; q cum omnes illous partes
afferantur in recto, munus illud afferendi e quidditativus, id
e, explicans quidditatem concreti; quae doctra et dicendis scie
sequenti explicatior evadet.

Sectio 2a

Quae forma est essalis concreto.

(Hæc solutio à nemine, quantumvis à Connotatobus, negatur, immo neque etiam quod illam excludunt in concreto quidditativo, negant tamen, ex parte constitui denominativum concretum, probatur in concreto quidditativo allato: obiectum harum vocum, scilicet albedo, et unio utriusque intelligi non potest, nisi simul constituens intelligatur albedo, quae forma est denominationis; si ergo non intelligatur albedo, evidens, quod albedo non intelligitur: et si non intelligitur albedo, neque intelligitur scilicet albedo, et unio, haec omnino indubitata sunt.

Nota quod discrimen in concreto denominativo consistit: dicunt Connotantes, album, quod non constituatur per albedinem, sed illam afferre de connotato, ita quod ablata, vel non intellecta albedine, afferetur, aut non intelligitur album, non essentialiter, sed connotative; quod aliud nihil essentiale albi deficit, sed deficit aliquid ab albo essentialiter connotatum. Haec sententia Scoti nostro Scotulo displicuit; sed passim impugnationes urgentes patitur à Thomistis, Theologis quoque magistris: mihi rem evincit haec sola.

Album quod constituitur per albedinem, quod intelligi potest adaequate constitutum, etsi omnem prorsus albedinem fingamus reddi impossibilem: quod intelligi potest aliquid esse album, quod habeat albedinem: vel sic dignius: Confirmatur: album est essentialiter concretum: quod dicit essentialiter plures partes, quia eodem modo, dicit plures partes, quo est concretum; sed essentialiter est concretum: quod essentialiter dicit plures partes: quod aliqua ex illis non intellecta, non intelligi non potest essentia adaequata illius concreti: sed una ex partibus quas dicit, est forma, nempe albedo; quod si haec non intelligatur, nequit intelligi album in ratione concreti constitutivi.

Arguens: non intellecta albedine, non intelligitur album, atque adeo deficit non essentialiter, sed connotative. Respondeo: quod hinc sequeretur contra nostros authores, neque ex parte subiecti constitui concretum; siquidem possemus dicere, non intelligi concretum accidentaliter, seu denominative; intelligi vero essentialiter, etiamsi non inte

tilizatur subiectis, et sic omnes rerum essentias possumus evertere: ergo praefata distinctio nulla est.

Non nulli Recentiores sic distinguunt in Ceretis denominativis; album significare idem, ac esse albi; album non solum esse subiectum albedinis: esse vero albi est tota denominatio, quare dicunt, albedinem non esse essentiam albi, esse tamen essentialem toti denominationi, seu esse albi. Sed, si mens videri, Recentiores aut nihil nobis afferunt, aut plurimum falsitatis ostendunt: si non dicant, denominationem albi distingui ab albo specificative, et substantive accepto, id est pro solo subiecto albedinis, id etiam nos asserimus; quis non dicet, Petrum, qui est subiectus albedinis ab illa non distingui realiter? Deinde esse albi, dupliciter potest sumi, vel pro essentia albi, vel pro illius existentia; si pro existentia sumatur, non est certum, quod omnino opinabile esse albi, id est existentiam albi ab illo distingui, et casu, quo existentia ab albo distinguatur, quod refert ad denominationes hic distinctio. Si in autem esse albi accipiatur pro essentia subiecti, implicat esse albi distingui ab albo; dummodo album utrobique pro eodem supponatur, quod probatur, nam esse albi est essentia albi; quod implicat, album a sua essentia distingui realiter. Ergo implicat, album distingui ab esse albi. Dices, te, cum dixisti, esse, id est, essentiam albi distingui ab albo solum voluisse, essentiam totius Cereti, vel denominationis distingui ab essentia albi, id est subiecti, seu habentis. Sed nos id etiam dicimus, essentia non partis distinguitur ab essentia totius, cum pars totum non sit, et quod inclusum in toto; et subiectus, seu habens est pars totius Cereti, sive denominationis ergo etc.

Quidam Recentior addidit in hac opinione Petrus est albus, et sibi habentibus pratum Ceretum, ... seu subiectas idari ... .

habente albedinem, aut aliam quantumlibet grossam et sunt unum &c: quia in illa propositione de Petro praedicati modo identitas cum habente albedinem, modo talis identitas praedicari non potest, deficiente scilicet albedine; ergo identitas defectibilis est extingens: & cetera.

Alius modus dicendi, si identitas accipiatur stricte in terminis videtur implicare: nam identari est esse idem: ergo si Petrus identatur cum habente albedinem, idem est cum illo: ergo repugnat, quod maneat idem Petrus, qui erat, si distinguatur realiter ab habente albedinem, iam non desinet esse idem cum quo idem erat. Sed si non stricte accipiat identitatem, vocatur improbitas in hac doctrina reperta, impropriusque loquendi modus.

Unde verum est, quod illa propositio Petrus est albus est extingens; non quia identitas inter rectum subiecti et praedicati reperta sit extingens, id enim impossibile est, ut dixi: sed quia unio albedinis illataeque in obliquo est extingens. Petrus in duplici ratione connectitur duplici parti praedicati, cum recto praedicati copulatur per identitatem indefectibilem, et necessariam; at cum eiusdem praedicati obliquo per unionem extingentem: quare utraque pars collective, sive totum praedicatum dicitur extingens de subiecto, et propositio evadit extingens.

Sectio 3a

Opposita argumenta soluta.

Pro sua Philosophia introducenda obiiciunt 1o Connotantes: Petrus est albus; sed albo est essentialis albedo: ergo Petro est essentialis albedo: nego absolute consequentiam; concessa utraque premissa, et ratio est, quia non habent eandem suppositionem albus in utraque premissa; in maiori propositione albus generis masculini, sumitur quia pro Petro; in minori propositione ly albo est in neutra fractione, sumitur quoque pro ipso concreto; sin pro ipso Petro sumatur, falsa est propositio, albo est essentialis albedo: nam Petro illa essentialis

nō ē: unde claritatis gratia poteris distinguere maiorem: Petrus ē albus per idatem inadequatam cum albo, concedo maiorem; per identitatem adequatam, nego maiorem: album nō ē totum ex subiecto, unione, et albedine; et cum Petrus sit subiectum, restat, quod nō idari adequate cum toto, q̄a pars ē, nō ipsum totum; sic explicata maiori propositione, omitti poterit minor, et negari consequentia: si dicit nō valet, m a 1a ē pars compositi phisici; d compositum phisicum ē essentialis forma: ergo m ergo ē essentiale compositi phisici; d composito phisico ē essentialis forma: ergo m ergo ē essentialis forma.

Obiiciunt 2o; sufficit, quod Petrus sit pars albi, ut de illo dicatur, quod sit albus: ergo idem poterit praedicari de unione inter Petrum, et albedinem; illa nō, ut quae est pars seccio e 1a diximus ē etiam pars essentialis concreti. Confirmatur: etiam m a 1a dici poterit compositum phisicum, cum pars sit essentialis illius. Respondeo distinguendo antecedens sufficit, quod Petrus sit pars albi illata in recto, ut de illo dicatur, quod sit albus, concedo antecedens; sufficit, quod utcumque sit pars albi, nego antecedens: nam praedicatio formalis tantum requirit, et respicit idatem adequatam inter rectum subiecti, et praedicati, at albedo nō idatur cum recto albi adequate; neque m a 1a, quae in confirmatione affertur idatur adequate cum illo, quod affertur in recto a composito phisico: ergo neque de m a compositum, neque de albedine album potest praedicari, licet possit dici Petrus albus.

Obiiciunt 3o: Petro albo ē accidentalis albedo; d Petrus albus ē concretum: ergo concreto ē accidentalis albedo. Respondeo distinguendo maiorem: Petro albo sumpto significatiue, atque substantiue accepto ē accidentalis albedo, concedo maiorem; sic sumpto formaliter; et reduplicatiue, per illa reduplicationem, intra Petrus acceptus solum ē animal rationale individuum: Petro albo, ut tali, ē accidentalis albedo; nego maiorem: quia Petrus sub illa reduplicatione nō ē solus Petrus; d Petrus coexistens albedini sibi ipsi inhaerenti.

Resentio requiri dast theologus Magister in sua m a deesse inter dic- secernendus de speciei, theologice obiectiuali efficacissimis vendicat

. Hoc argutus; hec prædicatio Petrus est albus, est accidentalis: ergo albedo prædicatur contingenter de Petro: dico non prædicatur de Petro non habente albedinem: ergo de Petro habente albedinem prædicatur albedo contingenter; at quis Petrus habens albedinem est totum concretum: ergo de toto concreto prædicatur contingenter albedo, et consequenter non est formaliter essentialis concreto.

Respondeo concesso antecedente, distinguendo antecedens secundum, non prædicatur de Petro non habente albedinem præcisive, nego antecedens: non prædicatur de Petro non habente albedinem negative, concedo antecedens: etiam distinguo consequens: ergo de Petro habente albedinem specificative accepto prædicatur contingenter albedo, concedo consequentiam: de Petro habente reduplicative ut tali, nego consequentiam: reliqua, quæ infert ex solutione præcedentis argumenti 2um evanescunt.

Ut omnia, ut intelligas, adverte, Petrum considerari triplici modo circa albedinem: 1o præcisive, quatenus neque dicit albedinem, neque illius negationem; et hoc modo se habet Petrus ex parte subjecti in ea propositione, in qua de ipso prædicatur contingenter albedo, ut Petrus est albus, ex parte enim subjecti Petrus, neque albedinem, neque illius negationem dicit. 2o consideratur Petrus positive ad albedinem, quando illam habet, et sic, non est solus Petrus, sed concretum ex Petro, et albedine resultans, et de eo non albedo prædicatur essentialiter. 3o consideratur Petrus, sub negatione albedinis, et sic se habet negative ad illam, et consequenter, neque essentialiter, neque accidentaliter potest albedo prædicari de Petro.

Hoc supposito, omnino ruit Recentioris argutus, quod, ut deinde perspicias, sic illud urgeo in principio quodam evidenti, quod evertere ipse faciliter non poterit: hec prædicatio Petrus est existens, est accidentalis: ergo existentia prædicatur contingenter de Petro; dico non prædicatur de Petro non habente: ergo de Petro habente existentiam prædicatur existentia contingenter: ergo Petrus dum existit, contingenter existit, quæ ultima consequentia opponitur e regione illi evidenti principio, quod quidquid est, dum est, necesse est esse. Opponatur ergo modo suum argutus ex principiis, hoc præ dictus Recentior.

Demum si inquiunt, quidquid est alicuius essentiale, affirmatur de illius in recto; dicitur in concreto denominativo forma non affirmatur in recto: ergo illi essentialis non est. Respondeo distinguendo maiorem: quidquid est alicuius essentiale affirmatur necessario de illo in recto, nego maiorem; affirmatur, vel afferri potest in recto, concedo maiorem: saepe enim afferimus in alicuius obliquo id, quod ipsi est essentiale; v.g. homo identatur cum animali rationali; homo est animal cum rationali; in quarum 1a propositione animal rationale affertur in obliquo, et in 2a rationale: cum tamen prorsus sit essentiale hominis animal rationale; idem scies in his, et similibus propositionibus, v.g. est habens animalitatem: compositum physicum constat ex materia, forma, et unione: ergo non omne, quod affertur in obliquo est accidentale subiecto. Ergo non ex eo, quod forma veniat in obliquo inferetur, illam non esse essentialem concreto.

Quapropter fixa regula sit, id esse alicui essentiale, quod possit de ipso in recto praedicari, et si nunquam taliter praedicetur; unde concreto est forma essentialis; quia licet per has voces, habens albedinem, albedo non afferatur in recto, potest tamen affirmari, hoc, vera propositio albus concretus est subiectum, unio, et albedo; in qua albedo dicitur in recto de concreto. Ad verum est, quod ex modo enuntiandi in his vocibus habens albedinem non affertur essentialiter albedo de concreto, ergo non affertur in recto; ad hunc tamen male infertur, albedinem non esse essentialem concreto, quia se, et eo quod per illas voces non afferatur ut essentialis, et in recto: alioqui posset inferri, animalitatem non esse per se essentialem, quia in hac propositione: homo est habens animalitatem; animalitas non affirmatur de homine, ut essentialis, et in recto.

Sectio 4a

quam partem in recto, et quam in obliquo afferant concreta denominativa

et ponitur.

Non est hic sermo

de concreto quidditative tam ex parte praedicato; certum non est, ab illo afferri omnes partes in recto: solum dubium superest de concreto denominativo, modo illud essentiale sit, modo accidentale subiecto, de quo praedicatur: sit igitur primum assertum: omne concretum denominativum accidentale, si per apprehensiones concipiatur, affert in recto subiectum, et in obliquo formam, probatur, pars allata in recto, et in obliquo in concreto deprehendenda est ex vocibus, quae aequipollent concretis: album non cuius forma dexsit vox, non affert obliquum, et rectum; quare exponenda est, ut illius rectum, et obliquum reperiamus; sed si eas per voces, quae aequipollent concretum omne denominativum accidentale per apprehensiones delegamus, dicunt in recto subiectum, et in obliquo formam: ergo etc. Minor probatur inductione; manus calida exponitur manus habens calorem, album id est habens albedinem; neque aliquod concretum accidentale denominativum ore producere per apprehensiones capimus, quod per praedictum modum non veniat explicandum.

Ratio huius est ipsa vocum impositio usu recepta, et promulgata; per calidum enim volumus intelligi id, quod calori subiicitur, ita quod eo informatur. Possent, fateor, homines per calidum intellexisse calores habentes, et non habens calores subiecta afferretur in recto, subiectum in obliquo; sed etiam sicut per calidum potuerunt intellexisse equum, aut hominem, aut parietem; sed id noluisse, usu nostro constat.

Sit 2um assertum: quando in propositionibus affirmatur ex parte praedicati concretum denominativum accidentale physicum, tale concretum dicit in recto solum subiectum, atque solam formam in obliquo. probatur: Petrus est albus non potest exponi, Petrus est albedo habentis, neque Petrus est habens, et albedo, quia ut evidens est, Petrus neque identificatur adaequate, neque inadaequate cum albedine: ergo illa propositio sic exponenda est. Petrus est habens albedinem: et consequenter concretum ex parte praedicati dicit solum subiectum in recto, atque solam formam in obliquo; ratio a priori est, quia forma physica non potest identificari cum subiecto, de quo denominative enunciatur concretum, alioquin non esset forma physica, et evaderet meta-
physica

sicum deretum.

Fit 2m avertum quando in ppõibus affertr ex parte subti deretum denomativam accidale phisicum, pro varietate prati- dicati vel in recto, vel in obliquo subtas, et fra nunc in praedictis ppõibus neq semper affertr in recto subtas, neq semper fra in obliquo. Probatur ppi- tui exemplis: pp albus currit, homo artifex e aial, in his ppõibus fra dereti affertr in obliquo, et in recto subtas, si ni exponi debent, Pp habens albedinem currit, homo habens artem e aial, aliqui si exponerentr ita ut in 1a ppõne ex parte subti afferretr in recto albedo, et in 2a ppõne ars; iam in 1a ppõne praeretr de albedine cursus, et de arte praeretr aial, pratum n enuntiatur de illo, qd ex parte subti affertr in recto, et conseqr falsae oro fuerent ppõnes predic- [illegible]

In his d ppõbus: lapis calidus calefacit, papirus alba disgregat visum, affertr in recto ex parte subti fra ipsa dereti; sic calor in lapide calefacit; albedo in papiro disgregat visum; qd si exponantr ita, ut ex parte subti afferatr in recto in 1a ppõne, calor, de lapis; et in 2a albedo, de pa- pirus, falsae prorsus evaderent, qa de lapide praedicaretur, qd calefaciat, et de papiro, qd disgregat visum; cum neutrum verum sit, et utrum- q fris, n subtis deretum, vere conveniant.

Ratio a priori horum sumitur orium videtr mihi ee receptissimum illud logicae pronuntiatum; talia sunt subta, qualia permittuntr a pratis, atq adeo quando dereto convenit pratum rone subti, et n rone fris, subtas, et n fra, affertr in recto a dereto ex parte subti ppõnis fralis, ut in hac pp albus e aial: quando vero subto dereto convenit pratum n rone subti, sed rone fris, fra, et n subtum afferri debet in recto a dereto ex parte subti ppõnis fralis, ut in hac, lapis calidus calefacit.

Sit 4m assertum: eadem dicendam de concreto quidditativo substantivo quae de concreto denotativo dicta sunt: probatur; haec voces Deus, homo et similes, quae per apprehensionem depingunt concretum quidditativum substantivum, ita debent exponi: Deus, id est natura divina terminata personalitate; homo, id est natura humana unita personaliter; ergo natura utrobique est subiectum, aut quasi subiectum et forma personalitatis in concreto: ergo concretum quidditativum substantivum quando apprehensionem depingit dicit in recto subiectum, atque in obliquo formam denotationis.

Sit 5m assertum; quando in propositionibus affirmatur, vel ex parte subiecti, vel ex parte praedicati concretum quidditativum substantivum, non semper dicit subiectum in recto, et formam in obliquo; sed pro varietate praedicati atque subiecti propositionis variatur, et ponitur diversimode concretum: exemplum sit in hac propositione, Deus est unus, concretum Deus dicit in recto naturam, et in obliquo personalitates divinas, probatur; quia Deo convenit unitas ratione naturae, non personalitatum, quae sunt tres: et ut sermo verus sit, id affirmatur in recto ex parte subiecti propositionis formalis, cui ne cuius convenit praedicatum subiectum, etc.

Confirmatur: quia si personalitates afferentur in recto ex parte subiecti esset falsa haec propositio Deus est unus, quia cum unitas praedicanda sit de recto subiecti, illa praedicaretur de personalitatibus, quae tres sunt non una. Similiter discurres de hac propositione homo constat materia, forma, et unione, id est humanitas terminata per subsistentiam, non tamen est sensus subsistens terminans humanitatem; subsistentia non constat materia, forma, et unione.

Oppositum evenit in his, Deus est homo; homo est rationalis naturae individua substantia, in quibus forma affertur in recto, et in obliquo subiectum concreti, sicut sunt ex prae[dica]ntiae Deus est homo, id est subsistentia terminans naturam divinam terminat na

naturam humanam: non autem sic; natura divina terminata sua subsistentia, et natura humana terminata eadem divina subsistentia; quare etiam propositio hoc modo est exponenda, subsistentia terminans naturam humanam terminalis naturae, in individua subsistentia; quia cum esse naturae totalis individuam substantiam completam conveniat homini ratione subsistentiae, et afferenda est in recto ex parte subiecti: in ea propositione per quam id praedicatum de hoc affertur.

Similiter iudicium ferendum est de his, et similibus propositionibus, 2a persona trinitatis producitur a 1a persona; tertia persona procedit realiter a 1a, et 2a persona; in quibus tam ex parte subiecti, quam ex parte praedicati affertur in recto personalitas, et in obliquo natura divina, quia nulli personae divinae convenire potest, ratione naturae producere, aut produci, cum tamen producere, et produci divinis personis conveniat ratione subsistentiae, aut personalitatis divinae.

Maxime igitur considerandum est in propositionibus ratione cuius partis concreti enuntietur praedicatum de subiecto; et inde constabit, illam concreti partem afferri in recto ratione cuius dicitur praedicatum, et illam in obliquo, ratione cuius non dicitur: unde in hac propositione, homo est corruptibilis, homo affert in recto solam unionem, quia sola illa hominis pars est corruptibilis: similiter sic exponitur: unio mentis, et animae rationalis est corruptibilis; haec, homo est corporeus exponitur: mens unita animae rationali est corporea; in sententia eorum quia solius mentis ratione dicitur de hoc, quod sit corporeus; in sententia vero eorum, qui dicunt, unionem hominis esse spiritualem, quod ei cum alias asseras unionem esse corpoream, homo in illa propositione affert in recto mentem, et unionem, animam vero in obliquo; et qua doctrina probe in illa exponi poterunt concreta quaecumque occurrentia.

Quaestio 4a. ratio multiplicandi, et praedicandi concreta,

et abstracta. Sectio 1a quomodo multiplicentur concreta, explanat

Saepe diximus dupliciter modo sumi posse concretum; 1o quidditative; id est secundum omnes suas partes essentiales: 2o denominative; id est, in ordine ad praedicationem faciendam de aliqua parte concreti afferente reliquas in obliquo: de concreto igitur sub utraque consideratione hic loquendum est.

Existimo 1o: quavis parte concreti multiplicata, multiplicantur concreta quidditative; probatur; quia ex cuiusvis partis multiplicitate, resultant natura plura concreta inter se diversa; sed concretum quidditative consideratum est concretum: ergo ex cuiusvis partis multiplicitate, resultant plura concreta quidditative considerata: minor probatur; recepta in eadem materia, forma hominis, et equi, homo distinguetur ab equo; et resultarent duo concreta: ratio a priori est; quia ut unum sit absolute distinctum ab alio, necesse non est, quod adaequate distinguatur, sufficit si aliqua illius pars distinguatur ab aliqua ex partibus alterius; nam eo ipso non erit alterum, poteritque unum absolute deficere, altero in rerum natura permanente. Confirmatur, quia ex solius personalitatis multiplicitate, etiamsi natura eadem realiter sit, multiplicantur in Deo realiter personae; quarum quaelibet distinguitur ab aliis realiter absolute, licet cum illis habeat partem aliquam communem nempe naturam.

Dices; concretum Deus, non multiplicatur, quia non dantur plures Dii; et tamen aliqua illius pars multiplicatur, nempe personalitas: ergo non sufficit alicuius partis concreti multiplicatio, ut concretum ipsum multiplex evadat. Respondet quidam recentior hoc argumento pressus, concretum Deus, atque persona, esse diversae naturae a reliquis concretis; atque adeo in his praedictam solutionem non vigere. Haec tamen cautius in consequentiis doctrinae, omnino quae naturae mihi videtur, quod nec incommodum est, si dicam multiplicatis personalitatibus in Deo multiplicari concreta; atque adeo in Deo dari tria, quae denominentur Deus, siquidem triplex concretum resultans ex eadem natura divina, et triplici personalitate. Nec inde sequitur, tres Deos concedendos; quia Deus essentialiter dicit in recto naturam, et personalitates in obliquo; quare nisi rectum, scilicet natura, multiplicetur, plures Dii asseri

non possunt, ut in 3a solutione exponemus. Eadem doctrina applicanda est personis; quare in Christo Domino datur duplex concretum resultans ex eadem divina personalitate, atque duplici natura divina, et humana; non tamen datur duplex homo personaliter, quia non multiplicatur personalitas ablata in concreto concreto persona.

Ulterius dices, ut totum existat, non sufficit aliquam partem existere: ergo ut totum multiplicetur, non sufficit aliquam partem multiplicari. Resp. distinguendo ants; non sufficit aliquam partem existere praecise, et solum se, concedo ants; non sufficit aliquam partem existere adaitam caeteris partibus tam existentibus, nego ants: distinguo similiter conseqs; ut totum multiplicetur, non sufficit aliquam partem multiplicari, suppositis reliquis partibus constituentibus totum; nego conseqm, non suppositis reliquis partibus constituentibus totum, concedo conseqm: igitur unius partis existentia non est existentia totius. Quare

Quare ut ex una parte denuo existente totum dicatur existere, debent praesupponi existentes reliquae partes constituentes: similiter unius partis totius multiplicatio non sufficit, ut totum multiplex evadat, nisi reliquae partes coexistere supponantur: si in composito Vg. humano destruatur unio, licet millies multiplicetur materia, nullum existet compositum; quod si manentibus materia, forma, et unione hominis, superaddas aliam eamque unitam eidem materiae, duplex habebis compositum, ut dictum est.

Sectio secunda

Aliquae solutiones statuuntur.

Existimo 1o; concretum denotativum, sive accidentale sit, sive substantiale

multiplicari non potest, nisi multiplicetur ea pars, quae affertur in recto in conceptione formali ex parte subiecti: hanc solutionem tuentur aliqui Per Vasquez in 3a parte D. 2 ... cap. 4 numero 8: Pr. Guzmán de Mendoza de Deo de incarnatione sectione 4, Vbadingus de incarnatione dubio 8 paragrapho 2 dum defendunt, praedicari non posse pluralitatem de concretis subiecto eo quod multiplicentur realiter ea, quae a tali subiecto afferuntur in obliquo.

Probatur solutio: de solo recto subiecti conceptionis formalis potest praedicatum abstrahi: ergo etiam si ponatur duplex albedo in eodem subiecto adhuc abstrahi non potest, album est duplex, quia cum in illa conceptione solum subiectum afferatur in recto ex parte subiecti; de solo illo abstrahitur dualitas, cum tamen illud unum, et idem sit: ergo, ut concretum denominativum album multiplicetur, non sufficit multiplicentur albedines allatae in obliquo; sed necesse est multiplicetur habens, sive subiectum albedinis: Iam antecedens argutius probatur; quia licet praedicatum conveniat vere illi, quod ex parte subiecti affertur in obliquo, si tamen illi, quod affertur in recto non conveniat, falsa erit propositio: ergo autem si praedicatum conveniat recto subiecti conceptionis, licet obliquo non conveniat evadet vera propositio: ergo de solo recto subiecti conceptionis formalis potest praedicatum abstrahi. antecedens prioris entimematis probatur exemplis; haec propositio homo albus est albedo, non alia de causa falsa est, nisi quia albedo non convenit homini allato in recto ex parte subiecti, licet ipsi albedini, quae affertur in obliquo conveniat; haec tamen propositio homo albus est animal vera est, non alia de causa, nisi quia animal convenit homini allato in recto ex parte subiecti conceptionis, licet albedini, quae affertur in obliquo minime conveniat: ergo.

Argues; posita in Petro duplici albedine A, et B dantur duo alba, vel duo habentia albedinem: ergo ex solius obliqui multiplicitate multiplicantur concreta denominativa: antecedens probatur; quia si albedo A expellatur a Petro non manet

habens albedinem A, et tamen manet habens albedinem 27
em B; qo erant duo habentia dicta. Rco negando ans; atq
eius probationem distinguendo, si albedo A expellatur a Petro, tr
manet habens albedinem A ut tale, id dcretum ex Petro, et al
bedine A; concedo ans; qe consituitur ex Petro, et albedine A, ut
ssepe diximus: non manet habens specificative, id e subtum, qui in
stere bat albedo A; nego ans; qz id subtum solus e Petrus, qui ut supp
onis, ille manet, expulsa ab eodem albedine A.

Instas; album
e dcretum; ergo qualibet parte multiplicata, multiplicatur dcre
tum; ut in sua solutione diximus; sed qualibet parte multiplic
cata, multiplicatur album. Rd e distinguendo maiorem, al
bum, ut tale, e dcretum; concedo maiorem; album specificative e dcre
tum; nego marem; qa ut sic precise, e subtum albedinis.

Sed urgebis
distintionem; album, ut tale e dcretum afferens utramq partem
in recto; qo e dcretum quiddativum: sed si idem dcretum quidda
tivum, et denotativum. Distinguo ans, album, ut album e dcre
tum afferens utramq partem in recto p hac voce album; nego ans;
p alias voces; qz non ex ponitur essa dereti, nempe subtum, unio, et
albedo, concedo ans: distinguitur etiam ln coens; sed dcretum
quiddativum p hanc vocem album; nego coam; p alias, qz essa
sorti huius vocis album ex ponitur; concedo coam.

Docuimus in sol
utione 1a 2q disputationis, divisionem dereti in quiddativum,
et denotativum, non ee realem, sed nominalem, id e diversas ex
positiones eiusdem dereti; quando non ex ponitur omnes suas partes in
recto affertur quiddative; tuncq explicatur essa dereti; quando autem
denotative affertur, ut p has voces, album habens albedinem; tunc
licet omnes ibi partes dereti afferantur, illis tamen non explicatur

essa; q̃ n̄ omnes afferuntr in recto.

Existimo 3º; ex præcisa multiplicitate illius partis Decreti elevativi, quæ affertr in recto ex parte substantiæ spiritualis multiplicatr idem Decretum: probatr; ut verá sit præcisio

Singula affertr pluralitas de decreto elevativo, sufficit, qd pluralitas conveniat illi parti decreti, quæ ab ipso affertr in recto, et n̄ conveniat illi parti quæ affertr in obliquo: ergo ex præcisa multiplicitate illius partis, quæ affertr in recto, multiplicatr decretum: ant̄s probatr eadem ratione quá probavimus 2on conclusionem.

Dices; homo affert in recto naturam humanam; et etiam si hæc multiplicetr, decretum homo n̄ multiplicatr: ergo n̄ multiplicatr decretum ex præcisa illius partis multiplicatione, quæ afferatr in recto: probatr minor; q̃ ut docet S. Thomas 3a parte quæst. 3a articulo 7 ad 2on, si verbum Divinum assumeret similiter plures humanitates, unicus homo resultaret: ergo. Confirmatr; q̃ licet in Christo sint duæ naturæ viventes n̄ tamen st duo viventia; st unum: ergo.

Resp. negando minorem argum̄ti, ad probationem dico cum P. Vasq. D. 211, a Vasq. pluribus Thomistis, in ea hypotesi futuros in Christo plures hoes essentialiter; q̃ sic homo é natura humana: n̄ vero futuros plures hoes personaliter; q̃ cum supponas unicam tantam personalitatem in Christo, et addas plures naturas, unus tantum homo personaliter, sive una tantum persona resultabit; sicut defacto Christus é unica persona constans ex natura divina, et humana; S. Thomas allegatus, vel explanandus é cum distione prædicta; vel dicendum illum retractasse ipse sententiam; oppositum n. docuit expresse in 3o distinctione 1a quæst. 2o. Ad confirmationem respondeo in Christo ẽ duo viventia, si vivens accipiatr essentialiter; q̃ sic veniunt in recto duæ naturæ viventes, quas habet: qd si vivens accipiatr personaliter, unum tantum vivens in Christo é, id é unica persona vivens.

Dices adhuc: quod posita eadem albedine in Petro, et Paulo, resultabunt duo alba; id autem repugnare videtur; quia quis potest intelligere duo habentia, quin simul non intelligat duo habita; ergo si posita eadem albedine in Petro, et in Paulo non resultant, ut evidens est duae albedines habitae, neque resultabunt duo habentia albedinem. Respondeo concedendo consequentiam, et omnino nego implicationem, cuius probationem distinguo; nemo potest intelligere duo habentia eandem rem, vel formam, quin intelligat duo habita; nego antecedens; nemo potest intelligere duo habentia diversas formas, vel res, quin intelligat plura habita; concedo antecedens: unde nihil nobis oppositum inferatur. 48

Sectio tertia

Ratio praedicandi concreta, et abstracta.

Ne quid de denominationibus desideretur, addenda praedictis fuit ratio praedicandi concreta, et abstracta. Sed notandum est, ad veritatem propositionis requiri adaequatam identitatem saltem realem inter rectum subiecti, et praedicati propositionis; et defectu cuiusvis adaequatae identitatis falsa est haec propositio, compositum physicum est materia &c., licet compositum identificetur ultimo modo per identitatem realem inadaequatam.

Notandum est 2o: in propositionibus, in quibus pro praedicato affertur concretum, quod vulgo dicitur denominativum accidentale, praeter identitatem adaequatam recti subiecti cum recto praedicati, affirmari etiam unionem, vel applicationem formalitatis in obliquo ex parte praedicati ad rectum subiecti propositionis; ideoque in hac propositione Petrus est albus non solum affirmatur identitas adaequata inter Petrum, et habens; sed ultra affirmatur unio inter Petrum, et albedinem.

Probatur haec doctrina, quia praecisse deficiente unione inter Petrum, et albedinem, licet maneat identitas Petri cum illo, quod habebat albedinem, eo ipso redditur falsa illa propositio: ergo praeter identitatem, etiam asseritur

illa unio: ans manifeste suadetr, vel ipsa experientia; expulso calore a manu, vel albedine a Petro, neq Petrus dici ultra potest albus, neq calida manus; et tamen tunc Petrus secum ipso idatus manet idem, qm secum ipsa manus manet eadem.

Probatr 2o; qr in omni praedicatione accidali praedicatr aliqd de subto, qd cum ipso non sit idatum, alioqui praedicatio accidalis non esset; sed hae praedicationes, Petrus e albus, manus e calida sunt accidales: qr in ipsis praedicatr aliqd de subto, qd cum ipso non sit idatum. id autem qd aliud e̅e̅ potest, qm forma illata in obliquo ex parte praedicati?

His notatis, tenendum e 1o; concreta physica accidalia possunt praedicari de concretis physicis accidalibus; patet in his ppbus, album e dulce; homo niger movetr. Sed discrimen in his, et silibus ppbus rectum praedicati idari quidem cum recto subti, et obliquum praedicati uniri tantum cum recto subti, sicut e contra obliquum subti uniri tantum cum recto praedicati; qr utriusq formae idem e commune subtum, de quo proxime diximus, obliquum vero praedicati ex vi formalis ppnis neq idari, neq uniri cum obliquo subti; qr in 1a ppne obliquum subti e albedo; et obliquum praedicati e dulcedo; quas formas, neque unioni, neq idari asserit ppositio: licet enim uniantr cum uno tertio, nempe subto, non exinde infertr, inter se uniendas; actus enim potiae visivae, et auditivae uniuntr cum eadem aia; et tamen inter se non uniuntr: silitr mille alia produci possent exempla.

Tenendum e 2o; concreta metaphysica praedicantr etiam de concretis metaphysicis; patet in his aial e ratiale, loquendo de hoc, sensitivum e vivens, in quo, ut vides ex parte subti affertr aial, id e habens aialitatem, et sensitivum, id e habens potiam sentiendi, quae concreta sunt metaphysica; qr habentia, sive subta idantr realiter cum formis habitis: ex parte etiam praedicati illarum ppositionum afferuntr eiusdem generis concreta, scilicet rationale

id est habens rationalitatem; et vivens; id est habens vita-
lem potentiam, seu vitalitatem.

Sed nota, in his etiam terminis
abstrahi ab identitate illius, quod affertur in obliquo ex parte praedicati
cum recto subiecti, et e contra ratione, quia ut passim inculcavimus, praecise
praedicati identitas inter rectum subiecti et praedicati; quare illa sola praedicati in
hac propositione, animal est rationale; rationalitas autem, quae affertur in obliquo
ex parte praedicati identificatur quidem realiter cum animali; id autem ab illa
propositione non exprimitur; neque ex modo significandi rationalitatem
in obliquo illa identitas denotatur; et omnino abstrahitur ab ipsa;
praecise quod denotatur, rationalitatem applicari animali subiecto
propositionis, sive fiat realiter illa applicatio per identitatem; sive et
fiat per unionem; ad modum quo de terminis physica diximus sub ini-
tium huius capitis in notatione 2a.

Tenendum est; de abstrac-
tis physicis praeter concreta metaphysica, de utroque probatur in his propositionibus,
Deus est unus, homo est rationalis; in quarum 1a Deus praecise affert in recto
naturam divinam, virtualiter realiter distinctam personalitatibus, de illa
re sola, ut sic enuntiari potest cum veritate habens humanitatem:
in 2a etiam propositione, homo ex parte subiecti praecise affert in recto
humanitatem, et subiectum in obliquo; quia de sola humanitate
potest cum veritate affirmari habens rationalitatem, quae duo praedicata
harum propositionum concreta metaphysica: quia sic, nempe unitas, et ratio-
nalitas identificantur realiter cum suo habente; subiectum autem utriusque
propositionis homo est abstractum physicum, quia ibi est idem atque humani-
tas: similiter subiectum 1ae propositionis Deus idem ibi est atque Deitas, quae dici-
ci potest saltem quasi physicum abstractum, quia licet non realiter ac-
tualiter, realiter tamen virtualiter distincta est a personalitatibus.

Tenen-
dum est 4: de concretis etiam physicis praeter etiam abstracta me-

meta phisica; veritas solutionis constat in his, et similibus ppo-
sitionibus; album est entitas, calidum est realitas: ubi sciens de abstractis me-
taphisicis posse etiam praedicari physica concreta sic, aliqua entitas est al-
bum; quae eadem doctrina proportione servata tenenda est in praecedentibus solutionibus inverso ordine quarum, id est apponendo pro subiecto praedicatum, et pro praedicato subiectum.

Tenendum est ultimo; abstracta etiam metaphisica de abstractis vere praedicantur probatur; hae propositiones sunt verae, aliqua animalitas est aliqua rationalitas, risibilitas est aliqua animalitas; in quibus, ut videtur, formae metaphisicae abstractae, identificatae quidem cum habente realiter, praedicantur de similibus formis: haec est solutio vera, de identitate reali, quia realiter identificantur animalitas, et rationalitas; non tamen vera est solutio de identitate quali, sive formali, quia non identificantur formaliter, aut realiter illae formae metaphisicae, sed potius sua ista consideratione distinguuntur, ut ex iis, quae in logica de distinctione rationis docuimus, facile potest intelligi.

Abstracta physica sic ea non videntur posse praedicari de phisicis etiam abstractis; nunquam enim potest una forma phisica enuntiari cum veritate de alia, nisi per modum concretum; quare non omnes falsae hae propositiones, albedo est dulcedo, caliditas est calor, etc. Ista sufficiant de denominativis, et denominationibus, in quibus non pepercimus diligentiae, ut pro nostro modulo implicatiores difficultates illustraremus; plura derelinquentes auditorum ingeniis, ut nostris superaddant coeptis.

Hispali in Divi Hermenegildi Regis collegio Societatis Iesu
Mense Ianuario, anno Christi 1658, et 20 nostrae Philosophiae.
Die septimo Ianuarii.

2.–

Oia prologuia, quę passim in Philosophia evolvuntur levi calamo recensentur.

Inter multiplicem notionem prii, quam Ares 1o Methaphisicę cap. 1o brevi complexus e, notissimam hanc reperio: Ut prium ex quo aliqd cognoscitur. Pria n. ii, quę se habent veluti ante se, ex quo aliqd cognoscitur. Pria n. ii, quę se habent veluti ante se, tia p se, aut ex aliis nota; ex qq in unaquaq facultate solutiones eruuntur, quę pria, maxie, propotiones, axiomata, prioloquia vocitantur, horum n. quam plura coem Philosorum plausum sibi vendicant: etsi alia, quę quisq pro mero libito interpretatur, neq firmum sensum apud oies reddunt, iure merito e priorum dignitate deturbentur. Oia tn colligere atq firmare n. semel cogitavi in studiotiorum gratiam, qq veluti cardinibq tota Phię, atq theologię structura niteretr, nisi temporum angustię meum prope diret animum, forasq producerem: nunc q celebriora, utilissimam rei materiem producerem: nunc q celebriora, utilissimam rei materiem ora q recensere; necn, si expositione indiguerint, levi manu libet adumbrare.

Verba in definitione n. dicunt actum; 1 sed aptitudinem. Cuiuslibet n. entis essentia. Ut explicetur in ordine ad actum 2um; attamen n. petit ee in actu 2o: quare in actu 1o recte intelligitur ens constitutum. Signatum vo 2 cis stat pro famotiori analogato: id e pro significato proprio, n. pro methaphorico sumitur, Vg risus. Propotio indefinita; 3 sive negativa, sive affirativa in m.a nali, et in remota equivalet universali: ut homo e animal: homo e equs: id e omnis homo, et similiter homo n. e equus; homo n. e animal: id e nullus homo.

Propotio indefinita, sive affirativa, sive negativa 4

in materia contingenti equivalet particulari: ut homo est albus; id est aliquis homo. Paritas negationum affirmat; imparitas

6 vero negat: ut non nullus homo currit: id est quidam. Vel non nullus homo non currit: id est nullus. Quodlibet est, vel non est: id est necesse est, ut Petrus currat, vel non currat. Extrema debent esse contradictoria, nec sufficiunt contraria, ut quodlibet est album, vel nigrum.

7 Totum est maius sua parte: ut compositum maius est sua materia &c. Causa que semel est recta, semper est recta: sub eisdem scilicet circunstantiis, et sub eodem ante.

8 Que sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: id est extremitates syllogismi, que idantur cum uno tertio, quod sit medium, realiter idantur inter se: Ergo si Petrus, et animal idem sunt cum homine; consequenter inter se idem sunt.

9 Quando duo extrema talia sunt, ut unum eorum sit realiter idem cum uno tertio, et aliud sit realiter diversum ab illo tertio, illa duo extrema distinguuntur inter se: Ergo si Petrus est idem cum homine, non tamen lapis: Petrus, et lapis distinguuntur inter se.

10 Dici de omni, et dici de nullo: id est, quidquid affirmatur de subiecto communi, aut negatur; de omnibus inferioribus contentis sub tali subiecto communi affirmatur, vel negatur. De animali dicitur, quod sit substantia: etiam de homine, et equo ecetera dici debet. Similiter negatur de homine, quod sit lapis: idem negari debet de Petro, Paulo ecetera.

11 Ex puris negativis nihil sequitur; ut nullus homo est equus, aliquis nullum ginnibile est homo: ergo nullum ginnibile est equus.

12 Ex puris particularibus nihil sequitur: ut aliquod animal est equus; aliquis homo

13 est animal; ergo aliquis homo est equus. Conclusio semper sequitur debiliorem partem premissarum: id est quando una premissa est affirmativa et altera negativa, conclusio debet esse negativa: si vero altera sit universalis, altera vero particularis; conclusio particularis erit.

14 Definitio est clarior suo definito: clarius percipitur essentia hominis per animal rationale

quam per vocem homo: si tn eadem oscuritate se habeant non erit
15 definitio. Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu: id est
intellectus nihil cognoscit, cuius aliquod simile non perceperit sensus
corporeus ad modum entium corporeorum; licet id quod cognoscit,
16 sit quid spirituale in se. Nil volitum, quin praecognitum: id est nul-
lum obiectum prius trahitur ad voluntatem, quam ad cognitionem
17 constitutivum ultimum rei est distinctivum illius: homo n. per dif-
ferentiam rationalis constituitur, et formaliter per illam excludit identitatem
cum equo.
18 Genus desumitur a materia, et differentia a forma: id est
ad similitudinem materiae genus consideratur: quia sicut materia ad plures
formas, sic genus indiferens est, ut per plures differentias contrahatur. Similiter
differentia ad similitudinem formae desumitur; quia praebetur instar formae determinan-
19 tis indifferentiam generis. Negat intellectus assentiri falso, ut falso:
ut intellectus eliciat ascensum omne obiectum, ut verum debet proponi.
20 Propter quod unumquodque est tale, et illud magis: id est potius est tenen-
dum; causam esse talem, qualem effectum; talem inquam, vel forma-
liter, vel eminenter, vel virtualiter; propter solem n. homo, bruta, plan-
tae, et metalla sunt; et tn formaliter nullum ex his sol esse potest.
21 Quidquid est, dum est, necesse est esse: Verbi gratia dum existit, non contingenter, sed necessario
existit.
22 Deus, et natura nihil frustra molliuntur, aut efficiunt: quidquid
n. Deus, ut author naturalis, et natura efficit, ad meliorem rerum ordi-
nem destinatum est: quidquid superfluum; ad huiusmodi finem non con-
23 ducit, nec illud natura patitur. Natura semper efficit, quod optim-
um est: id est, quod conducit ad sui statum meliorem, et conservationem.
24 Natura detestatur vacuum: locus n. a natura destinatur, ut corpus con-
25 tineat. Non sunt multiplicandae entitates absque urgenti necessitate:
Ubi non urget necessitas, aut fundum positivum adstruendi entitatum
realem multiplicitatem ad rei constitutionem; unica entitas

26 adstrui debet, et sufficit. Qd qd recipitr ad modum recipientis recipitr: id e, ea raone, quâ materia 1a s^m oies sui partes recipit fram; frâ m^am infrat s^m easdem.

27 Modus operandi sequitr modum essendi: sic n. Creatura in suo ee dependet a Deo; ceentr abi pro

28 dependet, ut operetr: illesa tn illius libertate. Ese e propter operari: id e, ee principii activi e in ordine ad operaoem: n tn ee principii passivi, ut materia 1a; sit hec sit prium activum

29 suarum proprietatum, Vlt qntitatis, durationis ett. Substa producit suas passiones noe generantis: id e substa immate producit illas illa virtute, quam a generante acceperat. Qui dat fram,

30 dat coa ad fram: id e agens producens fram substatem, dat ipsi fre virtutem efficiendi coa ad fram, sive proprietates ipsius fre.

31 Qd qd e alicubi: id e qd qd nalitr, et vi causarum secundarum producitr, in loco debet ee; secus autem si supernalitr a Deo

32 extra oies celos aliqd corpus collocaretr. Qd qd accidit alicui, accidit omni idenaificato cum illo: hoc verum tenet, si loquatr de

33 eodem instanti; secus si de diversis, falsum e. Idem manens idem semper e natum facere idem: id e prium sive liberum, sive narium, idem manens, habet potiam ad operandum, vl libere, vl nario eundem effum.

34 Generatio unius e corruptio alterius; sensus huius prologuii e illativus; si unum Vg corrumpitr, alterum generatr; et dd: n tn sensus e realis identatis: nec generatio unius tri inadequati e corruptio alterius inadequati: cu tros n adequatos versatr.

35 Virtus unita fortior e ipsa dispersa: intentius n. agit calor ut octo in eadem parte subti, quam si in diversis par-

36 tibus subti agat s^m singulos sui gradus. Sile n potest agere in sibi simile: agens Vlt univocum, si inveniat productum calorem

ut sex intra subtum, nihil ultra potest in eo operari: hoc n. ita fit
propter extrincam voluntatem Dei. Agens naturale intendit 39
assimilari sibi passum: v.g. calor, ut sex n. potest producere in subto,
nisi calorem ut sex: secus autem si sit causa equivoca, quae n. continet
formaliter effectum, quem producit. Lux n. in subto calido, ut quatuor,
producere poterit ibi alios quatuor caloris gradus.

Agens naturale 40
fortius agit in proximo, quam in remoto: minus n. subta calefi-
unt per se loquendo, e longinquo, quam e proximo. Et per accidens
aliter contingat; chrystallus n. per aptiore ratione densitatis, quam
aer, ad recipiendam lucem, intentius illuminatur, quam aer, 41
Et proximior Soli; chrystallus vero distantior. Omne agens in
agendo repatitur: absolute hoc prologuium falsum est; licet n. saepius
contingat mutua actio, et passio v.g. manus calida, frigidaque ma-
nus applicatae ad invicem calefiunt, et frigefiunt: at n. sem-
per ita evenit; nec agens creatum in cor hoc petit: candela
n. cum producit lucem, ab aere nullatus repatitur.

Ex duobus en- 42
tibus in actu n. fit unum ens per se: id est ex duobus entibus completis; alias
tamen ex duobus incompletis. Nemo dat, quod n. habet: causa n. exis- 43
tens nullum habet esse de facto, contra effectui nullum esse potest coin-
care. Impossibile est idem simul esse, et non esse: loquitur de extremis contradicto- 44
riis, et respicit posse, licet impossibile subtum, negativum, seu positivum:
de quolibet n. licet verum dicere, quod nequit simul esse, et non esse; et quod illa
duo contradictoria n. possunt simul abesse.

Conservatio est continuata pro- 45
ductio: si simpliciter conservetur effectus ab agente, quod illum produxit:
alias falsum est. Non est melius contradictoria dicere, quam toti propositioni 46
adverbialem negationem praefigere: ut n. cuicunque propositioni
recte fiat contradictio, negationem anteponere subto, contentaneum est;

47 Conditio nihil ponit in ēē: ut si Petrus esset Leo, esset rugibilis.
In re g° nihil supponit prędicta cōditio.
48 Defīo debet cōstare ex gene-
re, et diffīa: id ē, ex duobus unum, in quo defīnitum cōveniat cum aliis,
et alterum in quo ab aliis differat: si p̄ aīal rōale homo cōvenit cum
49 equo, et p̄ rōale differt ab illo. Ex vero nunq̄m sequitr, nisi verum: id
ē in argutione fōrali ex anti vero nunq̄m sequitr cōens falsum.
50 Ex anti falso nō sem infertr falsum, sed potest inferri verum: id
ē ex anti falso fōraliter infertr falsum, et n̄ verum; ut Petrus ē Leo;
g° ē rugibilis. At inferri potest verum ex vi materię tantum:
51 ut oīs homo ē niger: g° Ethiops ē niger. Ex impoli sequi potest
quodlibet: vlt impole, cōtingens, aut narium.

Hęc pro presenti instituto in consinnne acceperis, studiose Lector,
si alia tibi proloquia ad manus deveniant, hic eodem tenore, ac
methodo sais anectas: fac valeas tertio nostrę Methaphisicę cur-
su, 1659.

PALLADIVM SIVE TRIVMPHVS SAPIENTIAE

PRO STATVENDIS PHYSIOLOGIÆ DOGMATIBVS,

PRO THESIBVS, HYPOTHESIBVSQVE ASSERENDIS,

PRO AVSPICIIS INGENII AVCVPANDIS

ERIGITVR, INSTRVITVR, ADORNATVR

A D. IOANNE ANTONIO MERINO DE AREVALO, ET NEVE,

PHILOSOPHIÆ CANDIDATO.

QVEM VT AD FORTVNATAE ADHVC GLORIAE CAPITOLIVM DEDVCAT,

IN PATRONVM ASCISCIT,

D. D. IVSTINVM DE NEVE, ET CHAVES,

IVRIS CANONICI LAVREA INSIGNITVM, ILLVSTRISSIMÆ HISPALENSIS ECCLESIÆ MERITISSIMVM CANONICVM,

SVVS EX SORORE NEPOS;

CVI FVMOSÆ CLARISSIMI STEMMATIS IMAGINES FAVSTA OMNIA PORTENDVNT:

Splendorem quidem literariũ, sy deris e[illegible] gentis lenignitas, expeditum ad sapientiæ aras aditum claves aureæ, decus cum ingenti spe fructuũ, decorum Rosarũ purissimum prædiuinant.

INTERIM, VT FAVSTVS, FOELIXQVE VALEAT, ENIXE PRECATVR LL. M.

Q. P. D. Vtrùm compositum substantiale viuens formam corporeitatis de facto admittat?

1 PRIMA inter scientias speculatiuas naturalis caput effert Physica, quæ absolutè denominanda censetur scientia speculatiua; licèt secundum quid possit denominari practica: contẽplatum [illegible] tãquam obiectum attributionis materiale, [illegible] ens naturale completum substantiale; eiusque dispositionem, & formã tanquam obiectum formale. Sortitur suum [illegible] rationem corpus naturale substantiale completum; est *ens substantiale compositum ex materiâ, & forma unitis*: nec ideò [illegible] potentia Dei absolutâ expungitur possibilitas alicuius corporis completi huiusmodi compositionis expertis.

2 AD compositum in *facto esse* duo tantùm principia concurrũt intrinseca ut *quod*, materia, videlicet, & forma: idem verò in *fieri* prout trãsitus est, tribus principijs intrinsecis materiâ, formâ, & privatione formæ coalescere debet: at illud *fit* præcisè ratio est, privationem non dicit; nec illam illud cœlorũ, & elementorum in prima Mundi conditione [illegible] tertium principium admisit. Compositum substantiale [illegible] realiter à suis *partibus divisivè acceptis* distinctione [illegible] *verò collectivè*, imò nec ratione ratiocinata distinguitur [illegible] *tamen ratiocinante* non renuit secerni: nec causam intrinsecam adæquatam, nec identificatam, nec distinctam realiter à composito, fas sit admittere.

3 DAri commune subiectũ, primum, substantiale, [illegible] unũ, incorruptibile, receptaculum omnium formarum, quod materiam primam vocitamus, pro compertissimum sic exactè definiri consuevit, est *substantia incompleta receptiva formarum substantialium*: quarè ab illius essentia metaphysica potentiam formarum accidentalium receptivam ablegamus; proprium tamen metaphysicum materiæ primæ, ut sibi debitum constituimus. Materiam primam, quæ de facto extat, imò quamcumque possibilem essent aliter esse corpoream, ut nec divinitus spiritualis recipi possit, censemus. Ex duobus extremis substantialibus, quod communicet composito minùs nobilia, & per se prædicata, erit subiectũ formæ, quod verò nobiliora, perfectiora prædicata composito exhibeat, forma erit.

4 POtentia formalis tum receptiva, tum passiva nullatenùs à materia primâ realiter distingui cẽsemus; tot ergo formalitates, & respectus præscindibilis est per intellectũ, quot sunt formæ, quas recipere valet. Non enim materia existit existẽtia formæ; cũ habeat veram, & propriam existentiã independenter ab omni forma: quare non solùm supernaturaliter absolutè, sed etiam naturaliter posse existere spoliatam omni forma quantũ est ex se, & intrinsecè, iudicemus; licèt propter extrinsecum decretum Dei, [illegible] modo sibi debito connaturali absolutè existẽs nõ possit omni formâ destituta. Possibiles sunt plures materiæ specie distinctæ, & alia formarum corruptibilium, & incorruptibilium receptrix, qua de facto etiam hæc nostra materia est, quæ specie non secernitur à materia cœlorum, omniumque corporum cœlestium.

5 FOrma alterum principium cõpositi naturalis est *actus physicus substantialis absolutus materiæ primæ*. De facto in alijs cõpositis non viventibus una tantùm est forma substãtialis: in viventibus verò præter animam concedenda est alia forma, quæ communiter appellatur *corporeitatis*, tamquam organizatio substantialis compositi; hæc igitur forma est incompleta absolutè (licèt in suo genere completa diceretur) subordinaturque animæ ad complendum adæquatè compositum; rursus eadem entitati [illegible] omninò est cum embrionis, cadavericaque formâ; solùmque quoad extrinsecas denominationes embrij, cadaveris, necnon corporeitatis separantur.

6 OMNES formæ materiales, sive substantiales, sive accidentales, absolutæ, vel modales educuntur de potentia materiæ præcontinente non formaliter, sed virtualiter illas materiales causandas ab ipsa. Non est fas naturaliter, eadem materiam plures formas ultimò complentes recipere; non tamen defectu capacitatis materiæ, nec virtutis activæ, sed præcisè propter mutuam formarum contrarietatem; aut utriusque oppositionum repugnantiam; sed quia legibus naturæ cautum est, propter meliorem rerum ordinem: supernaturaliter verò in eandem materiæ partem introduci valent duæ formæ adæquatæ, quæ in obedientiali potentia, non naturali, subiectarentur. In genere passivo nulla datur potentia obedientialis elevabilis; sed extrinsecè denominatur talis, quatenùs connotat agens supernaturale ad productionem formæ, quæ in materia recipienda est.

7 VNio substantialis compositi est *modus substantialis nectens materiam primam cum forma substantiali*: distinguitur quidem [illegible] Vnio informationis in utroque extremo, tamquam in subiecto receptionis recipitur; etsi sola materia sit subiectum passivum illius. Duplex unio pro unica formâ, & materia, licet non repugnet, superfluit de facto. Vnio compositi etiam humani corporea adstruitur, quæ spiritualis sit, possibilem iudicamus.

8 CAusa extrinseca communissimè accepta est, *quæ communicat esse alteri diversæ naturæ*: causam enim mediatam non complectitur; immediatè requirit existentẽ verè, & physicè ad effectum producendum: causa in actu secundo per causalitatem, in actu vero primo quãtum est ex se per suam propriam virtutem, seu respectum transcendentalem ad effectus, quos producere potest, constituitur: ast prædictus respectus sub statu possibilitatis cum effectibus non connectitur; solùm enim respicit effectus in esse existentiæ, & in singulari, nõ tamen sub aliqua ratione communi effectus. Duas causas adæquatas præcipuè efficientes de potentiâ Dei absoluta simul per duplicem actionem adæquatam ad eundem effectum producendum, posse concurrere, nobis persuasum est.

9 CAusa efficiens est, *quæ physicè per se influit in effectum*. Prima causa Deus videlicet O. M. Simultaneo concursu cum causis secundis immediatè cõcurrit ad omnes ipsarum operationes, quin ablato eo concursu, aliquis effectus valeat existere; adeò ut ad peccati actũ etiam concurrat, indemni tamen prorsùs sua sanctitate. Præmotio physica ad creaturarũ effectus nec requiritur; nec pro ipsarum innatā libertate creaturas relinquit expeditas. Substantia creata tum accidentium in proprio, & alieno subiecto; cum alterius substantiæ sola immediatè productiva est: ast nullũ accidens nec dũ inadæquatam virtutem habet respectu substantiæ; licèt in consortio illius; vel se solo possit aliud accidens producere.

10 CAusa materialis est, *quæ per exhibitionem suæ entitatis recipiendo formam, cõmunicat esse alteri*: causa verò formalis, *quæ per exhibitionem suæ entitatis informando subiectum, cõmmunicat esse alteri*: effectus formalis utriusque causæ primarius, compositũ est; respectu cuius primaria earundem causalitas est unio: secundarius verò effectus causæ materialis est omnis forma materialis, eiusque causalitas secundaria eductio, seu passio censetur. Cæterùm effectus secundarius causæ formalis est expulsio formæ præcedentis ab eodem subiecto sive physica, sive moralis: necnon eius secundariam causalitatem in entitate formæ advenientis, & simul in voluntate divina de non conservanda formâ, [illegible] in subiecto, constituimus.

11 CAVSAM finalem exponimus: est id *propter quod consequendum aliquid fit*. Sola electio, & executio externa mediorum sunt effectus causæ finalis ut talis: cuius causalitas constituitur formaliter ex amore efficaci finis, & ex cognitione proportionis medij determinati: ast respectu actus electionis medij indeterminati, amor solus efficax finis est causalitas: item respectu executionis externæ actus electionis imperãs, media executioni mandari, rationem causalitatis subit. Bruta animantia non operantur propter intuitum finis formaliter; sed solà quàdam sympathia feruntur.

12 ACtio in communi sic definitur: *est ratio formalis efficiendi actualiter*: in actionem creativam, & generativam illam bifindimus. Actio & passio nec ratione nostra inter se distinctionem ullam admittunt. Actio generativa agentis creati ab agẽte, & termino de facto realiter distinguitur, licèt non implicet, quod idẽtificetur cũ termino producto. Nihilominùs tamen actionem eductivam solius Dei; necnon creativam etiam de facto, etsi distinctas à Deo, identificatas cum [illegible] productis ab ipso, defensamus. Actio eductiva sive creaturæ, sive Dei, tãquam in subiecto inhæsionis in passo recipi debet: actio vero creativa animæ rationalis tamquam in subiecto adhæsionis in materia recipitur: cæterum actio creativa Angeli formaliter non recipitur in Angelo, siquidem identificatur cum illo: secùs si distingueretur, ut possibile est, in ipso quidem reciperetur tamquam in subiecto adhæsionis.

13 MOtus *est actus entis in potentia, prout in potentia*: in motum *quod*, & motũ *quo* secari solet: à motu *quo* nullatenùs actio, & passio discriminantur; imò nec unio: unde omnis actio eductiva, & passio verè, & propriè sunt motus: sed non omnis motus, utporè unio formaliter ut talis, est actio, & passio. Motus necessariò successivus minimè essentialiter secernitur à motu instantaneo in entitate positiva; sed in diversis connotationibus negationum: motus adæquatè contrarij naturaliter sunt incompossibiles; etsi supernaturaliter, id posse accidere, concedamus.

14 LOcum extrinsecum sic definimus: *est ultima superficies corporis continentis immobilis*: spatiũ Imaginarium quid fictitium est; nec verè locus: solùm enim per non repugnantiam, ut extra omnes cœlos verum, & reale spatium ponatur, explicamus. Idcircò Deus non est in spatio imaginario. Locus intrinsecus, seu ubicatio præter entitatẽ rei, & loci extrinseci modus distinctus realiter est. Supernaturaliter in duplici loco adæquato circumscritivo idem corpus collocari, non implicat. Vacuum est *locus corpore non repletus*: non repugnat motus successivus alicuius corporis gravis per vacuum ad usque suum centrum.

15 INfinitum est, *quod caret termino*: licèt naturaliter infinitum cathegorematicum non existat; supernaturaliter tamen non repugnat, quodcumque illud sit. Infinitum in intensione, extensione, numeroque non renuit saltem terminis extrinsecis positivis, vel negativis circumscribi: vnde vnum infinitum esse maius alio, rectè infertur. Cõtinuũ est, *quod cõstat partibus inter se cõiunctis aliquo nexu*, videlicèt unione cõtinuationis, nõ informationis. Punctis finitis indivisibilibus consurgere continuum; sed virtualiter divisibilibus in infinitum quoad spatium divisibile, propugnamus. Tam modi incipiẽdi, quàm desinendi quoad positivum, quod dicunt, intrinseci sunt rebus; quoad negativum verò extrinseci. Duratio à re durante, & tẽpore accidens modale distinctum est. Quoad res permanentes, imò successivas mundus ab Æterno potuit consistere.

Q. P. SATISFACIT ASSERTO V.

Defendabuntur in Hispalensi Collegio S. Hermenegildi Regis, & Martyris Societatis IESU, Vespere Die 5. Mense Iunij. Anno Dñi 1658.

Laredo Phisica